EMANUELE

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
8
24 E
35

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

35-F-6

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google


8. 24. E. 25

# EXPOSITIO ERVDITISSIMA IN SYMBOLVM ATHANASII

FRATRIS PROSPERI VRBANI
VRBINATIS, ORD: MIN: CON:
Artium, & Sacræ Theologiæ Doctoris celeberrimi; ac Almi Gymnaſij Vrbini Regentis meritiſsimi.

*Cum Indice Difficultatum, & Notabilium.*

AD ILLVSTRISSIMVM ET REVERENDISS.
CARDINALEM EVANGELISTAM PALLOTTVM.



*VRBINI*, Apud Bartholomæum, & Simonem Raguſios fratres.
M. D C IIII. *Authoritate Superiorum.*

Digitized by Google

Digitized by Google

MO

# ILLVST. AC REVER.

## D.D. EVANGELISTÆ PALLOTTÆ

S. R. E.

Cardinali Ampliſsimo, Patronoq; Colendiſsimo.

**FRATER PROSPER VRBANVS**

**VRBINAS FELICITATEM.**

CVM olim eſſet mihi decedendũ Firmo, qua in Ciuitate obiueram munus ad illos pertinens, qui communi vocabulo Regentes appellantur; quæ prouincia mihi fuerat demandata à Præfecto noſtræ Religionis, qui tum erat Reuerendiſſimus P. Magiſter Felix Perettus de Oppido Montis Alti, Vicarius Apoſtolicus totius Ordinis Minorum Conuentualium, vocatus poſtea Xiſtus Quinctus Pontifex Maximus nunquam ſatis laudatus, cuius merita, ac diuinæ actiones adeo ſunt per

ſe ipſas notæ, vt melius ſit de illis tacere, quam parum, aut exiliter dicere. tunc igitur Firmo decedens à Reuerendiſſimo P. Generali Magiſtro Ioanne Pico de Serra Pet. miſſus fui Vrbinum, vt in Conuentu Diui Franciſci idem Regentis officium exercerem. quæ Vrbs cum ſit Patria mea, poſtquam in ea, & natus, & altus fui, vnice quidem, ac merito à me diligitur, tum ob egregias virtutes, quæ ibi copiosè vigent, tum etiam ob gratum amorem, quo me ſemper omnes Ciues maxima cum humanitate, & obſeruantia ſunt proſecuti. tunc temporis ergo cum florerem integerrima ætate, in qua, & robore, & firma valetudine vtebar, vt ociū ſubterfugerem, inſcitiamq; ipſam pro viribus meis à me longe depellerem; & ſi interpretabar Sacram Theologiam, atq; Philoſophiam in publico Gymnaſio ipſius Conuentus; tamen vt eo magis ingenium meum exercerem, rogatu multorum, qui mihi poterant, & hæc, & maiora etiam imperare, in diebus Dominicis, in quibus omnes alij ſolent eſſe immunes à lectionibus ſpeculatiuis, ſuſcepi onus exponendi Symbolum Sancti Athanaſij; qui, vt ſciunt omnes, Præſul fuit Sacris litteris, ac vitæ Sanctitate maxime inſignis, Arrium ipſum, & ſectam ab eo diabolice inuentam ita contudit, ac fregit, vt Malleus hæreticorum iure poſſit ipſe quidem nūcupari, tandem fidei chriſtianæ accerrimus defenſor extitit, pro qua forti animo multa tulit, multa paſſus eſt, ac denique mortem ipſam oppetijt, dum ex hac vita deceſſit, vt Sanctus, ac Beatus cœleſtia regna

potiretur. quæ Symboli expoſitio fuit abſoluta anno à Chriſti ortu ſeſquimilleſimo ſexageſimo quarto. & eã ego ſic abſolutam curaui in arca quadam recondẽdam nunquam cogitans fore, vt in lucem ederetur. ſic enim eo minus palam fuiſſet hominibus imperitia, inſcitiaq; mea. Nunc tamen multorum precibus non dicam adductus, ſed quodammodo victus, quibus vllam rem, nec debeo, nec poſſum denegare, eam tandem prælo ſubijcere decreui. quod cum efficere ſtatuiſſem, haud ſanè diu mihi quęrendum fuit, cui nam potiſſimũ hoc ego opus dicarem. tu.n. ſtatim occurriſti (Cardinalis Ampliſſime) quem ego ſecũdum Deum in terris colo, & obſeruo. poſtquam iamdiù eſt, cum in iſto Illuſtriſſimo, & Reuerendiſs. Collegio te mihi Patronum ſingularem cooptaui, ad quem ſemper tanquam ad Sacrã anchoram confugiam omnibus in meis rebus, & occaſionibus. nam aliud opus, quod ſuperiori anno imprimendum curaui, merito illud volui dicare Sereniſſimo Vrbini Duci; in cuius ditione cum ego, & natus, & educatus fuerim, ſummę fęlicitatis loco mihi ſemper eſſe duxi, Deoq; Optimo Maximo maiores, quas poſſum gratias ago, quod mihi contigerit naſci ſub imperio, ac obedientia talis, & tanti Ducis, in quo ſapientia fulget, bonitas micat, iuſtitia ſplendet, charitas eminet, ac deniq; Chriſtiana Religio ita elucet, vt nihil ſupra. ne graueris igitur, mi Illuſtriſſime, ac Reuerendiſſime Domine, munus hoc exiguum læta fronte accipere, quod ex intimis præcordijs tibi defertur à me, qui, li-

cet

cet ſim inter omnes infimus ſeruus, ſi ad ordinem ſpectes, ſum tamen inter primos, ſi ſpectetur amor, & fides. Proinde ne graue tibi ducas hoc opus non minus libēter, quàm ſæpè legere, tuaq; auctoritate, iudicio, ac patrocinio illud fouere, & dignum reddere, vt itidem ab omnibus alijs, tuo teſtimonio duce, legatur. ego .n. vtiq; ſcio fore, vt illud, tum ob meam imperitiā, tum ob languidas ſententias, quæ inibi paſſim adſunt, cito quidem interiret, ni tuo auxilio, ac præſidio conſtāter, & ſtrenue ſuſtentaretur. id autem non dubito, quin à te alacriter, ſtudioſeq; præſtetur. Quoniam hoc omne mihi nō pollicetur, ſed penitus recipit antiqua Illuſtriſſimæ familiæ tuæ nobilitas, in qua longa annorū ſerie extiterunt ſemper viri præclariſſimi, ac ornatiſſimi in omnibus artibus, quę merito liberales appellātur: quorum nomina ſi vellem nūc ego ſigillatim recēſere, onus Ætna grauius profectò ſuſtinerem. & idcirco periculum eſſet, ne funditus corruerē. Imperare mihi tamen nō poſſum, quin commemorem Archipresbyterū illū, qui tantum ſplendorem, tantamq; gloriā attulit maioribus tuis, vt & Patria ipſa, & tota Piceni Regio ex illius integritate, bonis moribus, ac pietate maximū cœperit fructum, atq; vtilitatem. non poſſum quoq; ſilētio præterire Vincentium Fratrem ſuum Excellentiſſimū, qui tantum valuit in arte medendi, vt illis temporibus nomen ſuum fuerit decantatiſſimum non modo in Piceno agro, ſed in Italia tota. ex quo tanquā è limpidiſſimo fonte manarūt duo fęcundi riuuli .ſ. duo filij ambo

 bo

bo quoq; medici peritiſſimi, quorum alter Paris, alter Ioannes Antonius fuit appellatus. hi vero, nec à parẽtibus, nec à maioribus vlla in parte degenerarunt, ſed potius, tùm in raris virtutibus, tùm in alijs optimis moribus ſe illis egregie quidem æquarunt. ex illo Paride natus eſt nobiliſſimus Pater tuus Deſiderius (Cardinalis Ampliſſime), qui profectò, vt ſileam modo egregias, & animi, & corporis ſui dotes, rem omnium pręſtãtiſſimam geſſit, quando te genuit, ac educauit talẽ, tantumq; virum. Poſtquam tuo cum ſplendore cumulus acceſſit maximus ad nobiliſſimam, ac Illuſtriſs. familiã tuam. fulges enim in ea tanquam ſplendidiſſimus Sol inter maiora ſydera. Hic autem æquitas ipſa poſtulare videretur, vt facta Illuſtriſſimi nominis tui mẽtione, in latum Campum tuarum laudũ excurrerem. Verum duę res potiſſimum ab hoc peragendo me retardant, immo potius retrahunt. Altera eſt, quod inopem me copia facit, vt inquit ille, altera verò eſt, quòd meo rudi ſtylo, & incompta oratione eas potius fortaſſe denigrarẽ, quã vlla in parte illuſtrarem. ſed quamuis ego mediocri ſim doctrina imbutus, tamen forſitan auderem aliquid de tuis laudibus dicere, niſi ſcirem, te malle teſtimonia tuarum laudum in pectoribus eſſe, quàm in linguis. at quoniam à Xiſto Quincto Põtifice Maximo omnes maiores dignitaes, ac honores plena manu accepiſti, cuius iudicium fuit grauiſſimum, in fouendis, deligendisq; Viris ad vnguem (vt aiunt) factis, atque adeò maximè idoneis ad ſuſtinenda iſtius Sacroſancti Collegij mune



Digitized by Google

ra; idcirco à me quidem nequeo impetrare, quin primo loco modo commemorem, quemadmodum à tanto, ac tali Pontifice Referēdarius (vt dicunt) Apoſtolicus fuiſti electus, deinde Canonicus Sancti Petri, Secretarius memorialium, Datarius, Archiepiſcopus Conſentiæ, denique ab eodem Cardinea dignitate fuiſti decoratus, & etiam poſtea Archipresbyter Sancti Petri, itemq; vnicus Patronus Collegij Diui Bonauenturæ. Quæ omnia adeò teſtatas reddunt cuncto terrarum orbi tuas inclytas virtutes, vt plura in hanc ſententiam addere nullo modo ſit neceſſe. Quoniam eiuſmodi orationis difficilius eſſet exitum quam principium inuenire, ſed iam vela dicendi contraham. non enim credo, ſed ſpero; non ſpero, ſed mihi planè perſuadeo, fore, vt hoc qualecunq; ſit munus, hylari vultu, libentiq; animo, vt tua fert naturalis conſuetudo, accipias. Quod ſi feceris, me prorſus felicem appellabo, & ita veteribus in me collatis beneficijs maiora ſemper, & recentiora addideris. Ego verò interim Deum Optimum Maximum aſſiduis precibus rogabo, vt omnia fœlicitatum genera tibi pleno modio elargiatur. Vale.

Digitized by Google

DRVSIVS SIMONCELLVS
PRAECEPTOR, ATQVE MODERATOR
SEMINARII VRBINATENSIS.

*Admodum Reuerendo Proſpero Vrbano.*

PAndere, qui Sacrum, potuiſti, Proſpere, ſcriptum
Franciſci, es verus, relligionis honos
Vnica ſpes patriæ, portans virtute iucunda
Præmia, Athanaſij, dum loca clara facis.
Te ſeruet Chriſtus, ſic ducas Neſtoris annos,
Doctrina, vt nulli diceris, eſſe minor.

IDEM EIDEM.

Pro fructu tolli, cineris, tibi Proſpere, veſtes
Deberent docto, purpura ſigna dari.



Digitized by Google

## PETRI FRANCISCI MACCII SEBASTIANI FILII AD LECTOREM,

### HEXASTICON.

MVnera nunc Proſper Studiorum magna ſuorum
Prodit, qui iuuenis multa labore tulit.
Proſpera facta illi eſt ſeries immenſa laborum,
Proſper & eſt nomen, proſpera fama volat.
Ipſius exemplo, Lector, contingere debes
Metam, namq; labor præmia magna vehit.



Digitized by Google

NOs Frater Franciſcus Pontius de Sancto Angelo in Pontano, Artium, & Sacræ Theologiæ Doctor, Ordinis Minorum Conuentualium, ac in Prouincia Marchiæ Generalis Commiſſarius.

Atteſtamur, & fidem facimus Proſpero Vrbano de Vrbino eiuſdem Ordinis Magiſtro celeberrimo, ac pro ipſius ſingulari virtute, & doctrina incomparabili ſummis honoribus, ac titulis in noſtra Religione decorato, & ſummæ dignationis ſemper habito, & hoc ipſo tempore eiuſdem Ciuitatis meritiſſimo Regenti, licèt alijs celeberrimis Italiæ locis delegatum ipſi fuerit idem munus, idemq; exercuerit honorificentiſſime locorum vbiq; dediſſe olim poteſtatem typis excudendi, edendiq; in lucem Summulam Summularum Doctoris Irrefragabils Alexandri de Ales. Nunc autem adducti doctrina, & ſcientia ipſius ineſtimabili, vtilitateq; non mediocri, qua alijs multis operibus editis genus humanum affecit, adde quod fuit, & Senis Inquiſitor integerrimus, & Prædicator in nobilioribus Italiæ Vrbibus præclariſſimus, & qua pollet vitæ Sanctitate ab omnibus dilectiſſimus facultatem facimus imprimendi Expoſitionem Symboli Athanaſij ſperantes fore, vt totum genus humanum maximum inde adipiſcatur vtilitatem. Dat. Recanati 11 L. nonas Maij, M. D C I I I I.

*Idem F. Franciſcus Pontius Gen. Commiſſ.*

EGo Frater Auguſtinus de Romano Subalpinus Ordinis Fratrum Prædicatorum Conuentus Sancti Dominici Vrbini Lector Theologus, vidi, legi, & examinaui iuſſu Illuſtris, & admodum Reuer. Domini Marcelli Padoani, & Vicarij Generalis eiuſdem Ciuitatis, expoſitionem Symboli Sancti Athanaſij in quadraginta Lectionis diſtinctam, Auctore Admodum Reuerendo Patre Fratre Proſpero Vrbano Vrbinatenſi, Ordinis Minorum Conuentualium Sacræ Theologiæ Magiſtro Celeberrimo, in qua quidem expoſitione nihil inueni, quod Sacræ Scripturæ, aut Sacroſanctæ Romanæ, vniuerſaliq; Eccleſiæ decretis, aut bonis moribus contrarium eſſe videatur. Quin potius teſtificor eſſe hoc opus Chriſtiana pietate, & ſolida, magnaq; doctrina refertum, & fidei, bonorumq; morum velut propugnaculum munitiſſimum, quod errores, & dogmata virulenta deuitet, & confutet: Quæſtiones penè inexplicabiles explicet. Quare digniſſimum cenſeo, vt typis mandetur, & in publicum prodeat; ſicq; ab omnibus præſertim Sacrarum litterarum profeſſoribus legatur. In quorum fidem præſentibus ſubſcripſi. Die 20. Maij. 1603.

*Frater Auguſtinus qui ſupra Lector.*

Digitized by Google

EGo Paulus Biacchinus Vrbinas, Sacræ Theologiæ Doctor, vna cum Fratre Auguſtino de Romano Pedemontano Ordin. Prædicat. ab Illuſtri, & Admodum Reuer. Domino Marcello Paduano Vicario Vrbini Generali, ad infra ſpecialiter deputatus: vidi, diligenterq; conſideraui, Expoſitionem Symboli Sancti Athanaſij, Doctiſſimi Viri Magiſtri Proſperi Vrbani de Vrbino, Ordinis minorum Conuentualium, factam in eadem Ciuitate, Dum Regens erat, ſub Anno 1564. Omnia, quæ in ea contenta, noſtræ Catholicæ fidei, non ſolùm non repugnantia inueni, ſed tàm piè, tàm deuotè, doctèq; dicta, vt magnæ vtilitati omnibus Chriſtifidelibus eam fore iudicauerim.

*Ego Paulus Biacchinus qui ſupra.*

Digitized by Google

NOS MARCELLVS PAD.
Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi D. Archie-
piſcopi Vrbini Generalis Vicarius.

*ATtenta ſupradicta relatione, & teſtimonio ſupra-dictorum Excellentiſſimorum virorum, videlicet Illuſtris D. Pauli Biacchini Nobilis Vrbinatenſis, & Magiſtri Auguſtini de Romano Sacræ Theologiæ Doctorum, quorum integritati, ſtudioq; nos demandauimus reuiſionem expoſitionis Symboli Sancti Athanaſij in hoc volumine contentæ, ſinceritatiq; religione, & Zelo eximij Sacræ Theologiæ profeſſoris Magiſtri Proſperi de Vrbanis illius compoſitoris, concedimus, & mandamus, ipſis tradi, & in Ciuitate, & Diœceſi Vrbini publicari ad omnium vtilitatem, & documentum, &c.*

Mar. Pad. Gen. Vic. qui ſupra.

Digitized by Google

# INDEX DIFFICVLTATVM, ET NOTABILIVM.

## Diff. primæ Lect.


1 SI omnia peccata ſint à Dæmone.
2 Si hominem ad peccandum cogere valeat.
3 Si omnia ad credendum neceſſaria in Symbolo contineantur.
4 Si neceſſaria ad credendum in Symbolo Apoſtolorum contineantur, quare alia duo? Not.
5 Cur non poſitus ibi fuerit deſcenſus Chriſti ad inferos, nec Natiuitas Chriſti.


## Diff. 2. Lect.


1 Quæ requirantur, & quot ad Concilium Canonicè congregandum.
2 Si Concilium in his, quæ ſunt fidei, & bonorum morum poſſit errare. Not.
3 Si fidem confiteri ore ad ſalutem ſit neceſſarium.
4 Si turbatio exiretur ex tali confeſſione: quid agendum?


## Diff. 3. Lect.


1 Si media neceſſaria ad ſalutem poſſint naturaliter cognoſci.
2 Si ſit ſufficiens principium intellectionis in homine.
3 Si fide iuſtificamur. Not.
4 Si fides Chriſti fuit pro omni ſtatu neceſſaria.

5 Si creuerit fides pro aliquo ſtatu.
6 Cum fides ſit omnibus, & de omnibus neceſſaria, quid de Virgine dicendum?

Diff. 4. Lect.

1 Si oportet fidelem omnes articulos fidei explicite credere.
2 Quid de illo dicendum, qui omni diligentia adhibita nō poteſt concipere vnitatem eſſentiæ, & trinitatē perſonarū.
Not. 3 Si poſſunt ſimplices diſcredere, quæ non tenentur explicite credere.
4 Quid agendum, ſi duo contrariū de articulis prædicarent?
5 Cum maiores, & minores in baptiſmo promittant omnia credere: Quomodo plura ſecundi quam primi.
6 Quid dicendum de nutrito pro ſemper in Heremo?

Diff. 5. Lect.

1 An ratio inducta ad ea, quæ ſunt fidei meritum, fidei diminuat.
Not. 2 Si in diuinis ſit numerus.

Diff. 6. Lect.

1 Quomodo adorare debemus?
2 Qua adoratione ſunt adoranda omnia, quæ ſunt in Deo
3 Quid ſit attributum, & quot relationum genera.
Not. 4 Si Spiritus Sanctus poteſt dici actiue ſpirare.
5 An adoratio requirat determinatum locum.
6 Cum Deus ſit vbiq; cur requiritur in adoratione determinatus locus.

Diff. 7. Lect.

1 Num Deus ſit adorandus in loco conſecrato tantum.
2 Cur adoramus verſus orientē, et Iudæi verſus occidentem.
3 Cur potius Iudæi ad Occidentem.

4 Si

4 *Si creatura aliqua adorari poſſit.* Not.

5 *Qua adoratione adorãdi sũt Angeli, et cur Angelus noluit adorari.*

6 *Si latria Angeli adorari poſſint.*

7 *Quomodo cõciliãtur duæ adorationis diffinitiones in hac lect. datæ.*

Diſt. 8. Lectionis.

1 *Si hæc reuerentia poſſit dæmonibus exhiberi.*

2 *Num Idolatra dicendus eſſet, qui Dæmonem in forma Crucifixi apparentem latria adoraret.* Not.

3 *Si quis Miſſam audiret Sacerdotis non conſecrantis: an talis Idolatra eſſet?*

4 *Quomodo Virgo ſuper Choros Angelorum ſit exaltata.*

5 *Si latria pro ſemper obliget?*

6 *Quare Virgo non eſt latria adoranda? Cum, Crux, claui, &c.*

Diſt. 9. Lectionis.

1 *Caro Chriſti, qua adoratione eſt adoranda?* (dam?

2 *Quid reſpondendũ Gloſæ, negãti Carnem Chriſti latria eſſe adorã-*

3 Si *humanitas addat aliquid adorabilitatis diuinitati.* Not.

4 Si *obligatus ad ieiunandum in die Veneris pro voto, & pœnitentia vnico ieiunio ſatisfaciat.*

5 *Qua adoratione imagines Chriſti, & aliorum, ſunt adorandæ?*

6 *Qua adoratione inſtrumenta paſſionis Chriſti?*

Diſt. 10. Lect.

1 *Cur imagines fiunt, cum id in lege prohibitum fuerit?*

2 *Cur imaginum vſus fuerit ab Apoſtolis introductus.*

3 *Non facies tibi aliquid ſculptile: Quomodo intelligatur.* Not.

4 Nec *obſtat Ezechiam, Serpentem frangi mandaſſe.*

5 *Adorans Hoſtiam non Conſecratam, ſi ſit Idolatra, & peccet.*

Diſt. 11. Lect.

1 *Intellectio, & volitio an ſint accidentia.*



Digitized by Google

Not. 2 *Si duo ſunt vnum, vno multiplicato multiplicatur, & reliquum.*
3 *Quomodo ſubſtantia ponatur in Deo.*

Diſſ. 12. Lectionis.

1 *Si eſſentia vnitas, & perſonarum pluralitas hic poſſit à nobis naturaliter cognoſci.*
2 *Ad illud autem* Scoti *Trinitatem perſonarum poſſe naturaliter cognoſci; ibidem vide.*
Not. 3 *Quomodo ens, vt ens ſit obiectum intellectus.*
4 *Naturale deſiderium an fruſtretur.*
5 *Ad illud de Mercurio termegiſta reſpondetur.*
6 *Et ad illud Platonis.*
7 *Etiam ad illud Auerrois.*
8 *Quomodo poſſunt eſſe plura infinita, & realiter diſtincta.*

Diſſ. 13. Lectionis.

1 *Quid ad illud Ariſtotelis, quod in numero ternario, &c.*
2 *Quid de imagine ſecundum Theologos in creatura intellectuali.*
Not. 3 *Si Deus per creaturas poſſit cognoſci, & à quo.*
4 *Illud autem* Sapientis, *creaturas factas eſſe in deceptione, &c.*

14. Lectionis.

1 *In quibus creaturis eſt veſtigium.*
Not. 2 *In quibus imago.*

15. Lectionis.

1 *Quomodo diuina eſſentia poſſit dici ſimpliciter ſimplex.*
2 *Quomodo ſaluatur* Deũ *nõ eſſe in prædicamento cũ ſubſtantia ſit.*
Not. 3 *Relatio originis quõ ſit infinita perfectionem dicat, et etiam è cõtra.*
4 *Tranſcendens nõ oportet de pluribus dici, ſed non habere genus ſuperueniens.*

Diſſ. 16. Lect.

1 *Si vna perſona diuina tantum eſſet, an omnia poſſet.*

2 *Filius eſt in omnibus Patri æqualis, quamuis aliũ filiũ nõ generet.* Not.
3 *Obiectum omnipotentiæ eſt ens cauſabile.*
4 *Sicut* Deus *dicitur trinus:* Num *poſſit dici triplex?*
5 *Si Pater aliquo modo dici poſſit prior filio.*
6 *Eſſentia an poſſit generare, ex quo Pater generat.*

Diſt. 17. Lectionis.

1 *Filiũ eſſe à Patre, et Spiritũ Sãctũ ab vtroq; nõ tollit ipſos eſſe* Deos
2 An *eſſentialia, vel notionalia ſint immediatiora diuinæ eſſentiæ.* Not.
3 *An tres perſonæ ſint vnum principium Creaturarum, vel plura.*
4 *Si perſonæ conſtituãtur per abſoluta, vel per relationes originis.*
5 *Num ſint quinq; notiones &c. vltima an ſit principiũ diſtinguẽs.*

Diſt. 18. Lectionis.

1 Si *neceſſarium ex ſe, & à ſe, ſit magis neceſſariũ quã ex ſe tãtũ.*
2 Dato *quod ſecunda intelligentia eſſet neceſſaria, an æqualis filio?* Not.
3 *Si animalia minuta fuerint in primordio creata.*
4 *Perniciosa verò?*
5 *Si Deus ſit in omnibus creaturis, è quomodo non.*
6 *Num* Deus *aliquo modo ſpecialiori ſit in aliquibus.*

Diſt. 19. Lectionis.

1 *Cur filius potius carnem aſſumpſit, quã* Pater, *et* Spiritus *Sãctus* Not.
2 *Quare tãtum filius diſtulit carnem aſſumere.*

Diſt. 20. Lectionis.

1 *Si confeſſio fidei ſit homini ad ſalutem neceſſaria.*
2 *Quid ſi ex tali infidelium oriretur turbatio.* (peccet?
3 *Si quis ſit inter infideles, et faciat actũ infidelitatis an mortaliter* Not.
4 *Si Chriſtianus propter metum faceret aliquod ſignum, &c. An Hæreticus dicendus eſſet*

Diſt. 21. Lectionis.

1 *Si poſſit prædicari Chriſtum eſſe creaturam, & Creatorem.*

2 Si defendi poſſit Chriſtum eſſe puram creaturam?
3 Si poſſit dici filius adoptiuus.

Diff. 22. Lectionis.

1 Tres perſonæ num poſſint dici de eadem ſubſtantia?
Not. 2 Si ſubſtantia ſit in diuinis.
3 Cum generatio ſit mutatio, quomodo filius diuinus ſit genitus.
4 Eſſentia diuina an dici poſſit ſpecies?
6 Anima rationalis multiplicatur, non eſſentia diuina.

Diff. 23. Lectionis.

1 Quomodo eadem Mulier, Mater, & Virgo?
2 Quomodo ſaluatur diſcordia de generatione Chriſti?
Not. 3 Num eſſentia diuina dici poſſit generare, vel generari?
4 Verba Hylarij; quomodo exponenda ſint, ne cōtradicāt dicta vnitati.
5 Num aliquid ſit in vna perſona diuina, & non in alia?
6 Conceptio Chriſti eſt ne, naturalis, vel ſupernaturalis dicenda.

Diff. 24. Lectionis.

1 Quomodo in eodem inſtāti fuerint organizatio, animæ creatio, et infuſio?
2 Cur incarnatio attribuatur Spiritui Sancto.
Not. 3 In Virgine fuit Deus ſpecialiori modo, quàm in alijs.
4 Potuit nè Deus, aliam naturam à rationali aſſumere?
5 Cur Spiritui Sancto incarnatio attribuitur.
6 Deus, vel Spiritus Sanctus, quomodo charitas dicitur?

Diff. 25. Lectionis.

1 Veram carnem noſtram aſſumpſit verbum.
Not. 2 Si Chriſtus ſit finitus, & in prædicamento,
3 Propter quid Deus perfectus dicitur?
4 Si in Chriſto fuerint tres animæ vegetatiua, s. ſenſitiua, et intellectiua.

Diff. 26. Lectionis.

1 Inter diuinas perſonas nulla eſt prioritas.



Digitized by Google

2 Non licet negatiuè argumentari.
3 Aequalitas fundatur ſuper quantitatem. Not.
4 Quantitas non eſt in diuinis.
5 Communicatio idiomatum non fit, vbi eſt implicatio.
6 Aequalis eſt Patri, quamuis non generet alium filium.
7 An relationes originis dicant aliquam perfectionem.
8 Si perſona humana poſſit ſibi filium, ita æqualem, generare ſicut Pater diuinus.
9 Infinitum non poteſt multiplicari.

Diff. 27. Lectionis.

1 Num Deus cognoſcatur per negationem. Not.

Diff. 28. Lectionis.

1 Vniuerſum eſt ne, vel fuit Deo vnibile?
2 Chriſtus non potuit peccare, nec peccauit.
3 Quid reſpondendum Salamoni de iuſto? Qui potuit transgredi, & non eſt transgreſſus &c.
4 Si Pater, & Spiritus Sanctus incarnarentur, An natura humana eſſet maioris honoris. Not.
5 Quæ maxima vnio poſt vnionem diuinarum perſonarum.

Diff. 29. Lectionis.

1 Neceſſarium fuit Chriſtum pro nobis pati?
2 Cur Homo, & non Angelus fuerit redemptus?
3 Cum vna, ſanguinis Chriſti gutta ſuffeciſſet ad remedium, cur tot mala paſſus eſt? Not.
4 Meruit nè pro nobis æqualiter?
5 Fuerunt nè, omnes actus Chriſti meritorij?

Diff. 30. Lectionis.

1 Cum Chriſtus pati voluerit, & mori igitur Iudæi hoc exequentes non peccarunt.



Digitized by Google

Not. 2 *Quomodo pati, & mori potuit cũ animã glorioſam ſemper habuerit?*
3 *Fuit ne eodem modo neceſſitas moriendi in Chriſto, & in nobis.*

Diſt. 31. Lectionis.

1 *Propter quid Chriſtus paſſus eſt.*
2 *Cum comprehenſor fuerit, quomodo meruit?*
Not. 3 *Chriſtus pluribus modis meruit.*
4 *Meritum ipſius fuit nè, finitum, vel infinitum?*
5 *Quid, & quibus meruit.*
6 *Gratia prima habet nè cauſam meritoriam?*

Diſt. 32. Lectionis.

1 Si *Patrès veteris teſtamenti eodem modo co-perati fuerint ad ingreſſum in Cœlum quo nos.*
2 An *ſolus Chriſtus potuerit hominem redimere.*
Not. 3 Si *liberauit hominem à Diabolo.*
4 Si *liberauit à peccato.*
5 Si *liberauit à morte.*
6 *Quid de mortuis à Chriſto, dũ viueret ſuſcitatis, iterũ nè mortui ſunt?*
7 *Num ab Inferno per Chriſtum liberati fuerimus.*
8 *Quid de Traiano dicendum eſt?*

Diſt. 33 Lect.

1 *Cur in Concilio* Niceno *non fuit poſitus articulus de deſcenſu Chriſti ad inferos.*
Not. 2 *Cur non fuit ibidem poſitus articulus de* Natiuitate.
3 *Si ratio naturalis inducta ad ea, quæ ſunt fidei tollat meritum.*
4 *Infernus ſub nomine boni non legitur ſæpe in ſacris litteris.*
5 *Optimo debetur optimus locus.*

Diſt. 34. Lectionis.

1 *Si Chriſtus deſcendit in omnem inferni partem.*
Not. 2 *Deſcendit ad inferos ſed quomodo?*

Nam

Digitized by Google

3 *Nam quod non eſt corpus, moueri queat.*
4 *Quanto tempore anima Chriſti manſit ad inferos.*
5 *Quomodo Hodie mecum eris in Paradiſo.*
6 *Angeli miſſi in hoc mundo perdunt, ne beatitudinem?*
7 *Quomodo dicitur Chriſtum ad inferos deſcendiſſe cum ibi tantum ſecundum animam.*

Diff. 35. Lectionis.

1 *Potuiſſet nè Chriſtus ſtatim reſurgere?*
2 *Et ſuam reſurrectionem vſq; ad generalem differre.*
3 *Si potuit cur non fecit?* Not.
4 *Impoſſibile erat eum detineri, quomodo ergo vſque in diem tertium?*
5 *Quomodo Chriſtus dicitur primitiæ reſurgentium.*
6 *Quomodo Pater eum ſuſcitauit.*
7 *Quomodo tertia die reſurrexit.*

Diff. 36. Lectionis.

1 *Conueniens fuit Chriſtum in Cælis aſcendere.*
2 *Chriſtus qui nos tantum amauit debebat nobiſcum remanere, & in Cælum non aſcendere.*
3 *Cur tantum aſcendere diſtulit.* Not.
4 *Aſcendit nè, vt Deus, vel vt homo?*
5 *Poteſt nè dici aſcendiſſe, vt Deus?*
6 *Propria virtute aſcendit.*
7 *Quomodo aſcendit ſuper omnes Cælos?*

Diff. 37. Lectionis.

1 *Filius ſedet ad dexteram Patris.*
2 *An Chriſtus ſtet, vel ſedeat.* Not.
3 *Vt Homo, vel vt Deus, ſedet ad dexteram Patris?*
4 *Omnipotentia non fuit communicata animæ Chriſti.*

Diff.

Digitized by Google

Diff 38. Lectionis.

1 Quomodo iudicaturus Viuos, & mortuos?

2 Num eodem modo boni, & mali ſint humanitatem Chriſti viſuri?

Not. 3 An ſit iudicaturus Angelos.

4 Reprobi tunc cognoſcent Chriſtum Deum eſſe.

5 An ipſe iudicaturus ſit, vel tota Trinitas.

6 Si examinatio, & ſententiatio debeant fieri vocaliter?

39. Lectionis.

1 Reſurrectio erit ne in tempore, vel in inſtanti.

2 In qua etate homines reſurgent.

Not. 3 Si omnes ſint reſurrecturi in ſtatura aequales.

4 Qua hora ſit facienda reſurrectio.

5 Sed cum integri ſimus reſurrecturi, quid de illis, qui humanas carnes comederunt?

6 Quid de coſta Adami, de qua fuit Eua formata.

7 Reſurrectio erit nè naturalis, vel ſupernaturalis.

40. Lectionis.

1 Peccat intuitu aeternae mercedis bene operans.

2 Homo de condigno poteſt mereri vitam aeternam?

Not.

Diff. ſunt num. 211.

Not. num. 309.

Digitized by Google

# SEBASTIANI MACCII DVRANTINI,
## CARMEN.

EN iterum promit cœleſti flamine plenus
Proſperus ingenteis diuini pectoris auſus.
Nunquam alius tantùm ſtudijs, vigiliq; labore
Relligionis opes patefecit, vt ocia rebus
Poneret ambiguis, & nexus ſolueret atros;
Quãtùm animo, ingenioq; iuuat nũc Proſperus alto
Humanas hominum menteis, & pectora; quantùm
Et mentẽ, atq; animum populi conuertit ad vſum.
Hic namq; inſanos diuino fulmine linguæ
Deq; Deo, Chriſtoq; ſimul, de Flamine Sancto,
Virgine deq; Sacra, & Petri de Sede ſuprema,
Quam mare, quã tellus, quã Tartarus omnis adorat,
Comprimit errores hominum, cęcosq; tumultus
Sedat, & imponit ventura in ſæcula pacem.
Hinc iacet emeritus, fulgentius orbe receſſit
Romulidum, ſenſitq; Pelagius arma; Petillus,
Parmeniusq; ferox contuſo pectore fugit.
Donatus verò terris reſupinus adhæret
Confractus penitus, Gaudentius vritur igne
Perpetuo, & fractis Creſconius ingemit armis.

Cal.

Caluinus verò, Seruetusq; Zuinglius; atq;
Lutherus ſine mente manent, agitataq; præbent
Pectora terrifico penitus laceranda Draconi:
Mille alios varijs vrget cruciatibus vnus
Proſperus his chartis, ponitq; ſilentia vanis
Luſibus illorum, & ſolida ratione coercet.

Addit & his etiam, quid pro pietate fideles
Chriſtiadæ puro teneantur credere corde.
Quid Deus exiſtat, quid de illo ſentiat ipſa
Intemerata fides, & Patrum nobilis ordo.
Quid quoq; de Nato, genuit quem ſedibus altis
Ante annos quōdam Pater optimus, optima Virgo
Illæſis clauſtris peperit ſub paupere tecto
Vrbis Bethlemæ, cecinere vt carmine Vates.
Hic quoq;, Sāctus amor quo noīe, & ordine ab illis
Procedat, longis ſermonibus explicat auctor.
Quid Sancti Patres de Virgine Dauide creta,
Et quid de Petro, & de ſucceſſoribus ipſa
Chriſtiadum integritas, facto diſcrimine rerum,
Prædicet, edocuit ſub tanto munere magnus
Proſperos; vnde facit nomen penetrare per omneis
Terrarum tractus, ſummoq; immittit olympo.
Gaudeat Italia hoc tàm claro prædita Patre,
Betentur chori, Franciſci iura ſecuti,
Vnde ille agnoſcit leges, & nomina ſumit.
Et magis, atq; magis plaudat fœliciter vna
Vrbinum, proprio quòd pectore prompſerit illū,
Et dederit Mundo, vt fœlicia munera ferret,

Pro-

Prodeſſetq; viris, & relligionis honorem
Tolleret in cœlum, & genteis efferret in omneis.
Quicqd fodit Hyber, quicquid Tag⁹ extulit auri,
Quodq; legit diues rutilis Arimaſtrus arenis,
Proſperus eſt dignus; quicquid Pactolus, Idaſpes,
Hermus & ipſe ſuo deuoluit ad æquora curſu,
Sunt tanto tribuenda viro. Sed vilia prorſus
Munere pro tanto, & tàm claro lumine mentis
Prœmia tanta forent; ſpernit nam Proſperus omne
Argentum, atq; aurum; & ſummis innititur aſtris.
Quin etiam imperia, & ſublimia munia Regum,
Oppidaq;, atq; vrbes, populorumq; alta poteſtas
Munera parua forent tanto pro munere, diues
Quo nunc exultat ſublimi pectore Mundus.
Haud vlla in terris reperiri præmia poſſunt
Tanto digna viro, nec nomen nomine dignum;
Vnde erit in Cœlis poſtremo tempore Chriſtus
Dignus honos, munusq; viro pro munere dignũ.
Hoc cupit, hoc quærit; tanto contentus honore
Proſperus incedit, tantoq; accenſus amore
Tranſigit ætatem ſtudijs fœlicibus, atque
Semper agit, Mundo vt diuina oracula pandat.
Maxime tu Præſul, cui munere tempora fulgẽt,
Hunc tantum cognoſco virum, cognoſce parentem
lugentem, & totis complectere viribus illum.
Hoc decet; hoc poſcit tantus Pater, omnia per te
Dona reportabit, dederis ſi fronte benigna
Auſpicium, atq; oculos ad talia munera vertes.

Tu

Digitized by Google

Tu potes, & debes; te vno confidit in annos
Victurum æternos extra omnia tempora librum.
Hoc auet, hoc ſperat; ſperat quoq; Præſide rerum
Te vno iam ante tuum conſpectum, & lumina plãtis
Oſcula ferre tuis; & ſydera vertice tanget.
Talia ſi fiant: paucis labentibus annis
Vt Vaticano ſub culmine talia fient.

# EXPOSITIO.
# PRIMAE PARTIS
## SYMBOLI DIVI ATHANASII,

**Magiſtri Proſperi Vrbani de Vrbino, Ord. Min. Con. facta in eadem Ciuitate, Dum Regens erat. 1564.**

*Quicunq; vult ſaluus eſſe, &c.*

## LECTIO PRIMA.

ADVERSARIVS noſter Lucifer Infernalis, ex quo de Cœlo propter eius culpam eiectus fuit; Nunquam deſtitit homines impugnare in omni loco, ætate, & tempore huius viȩ, & vitȩ, vt ſuis tentationibus, atq; illuſionibus, Nos ſecum damnaret. Ideo Sanctus Ioannes in ſua Apocalipſi. Vhȩ vhȩ hominibus, & mundo, quia deſcendit ad vos Diabolus habens iram magnam: & Diuus Petrus. Circuit quȩrens quem deuoret, cui reſiſtite fortes in fide.

Ipſe enim occaſio fuit, vt primi Parentes peccarent, dum in tot, tantiſq; erant conſtituti delitijs; Caim fratrem ſuum occideret; Pharao obſtinatus eſſet, Iſraël

murmuraret, Hebrei vitulum adorarent, multaq; alia mala in veteri, & noua lege fierent: contra quem fidei armaturam nos induere debemus. Dicente Apoſtolo, In omnibus ſumentes ſcutum fidei; vt poſitis omnia tela ignea extinguere. Et Diuus Petrus. Cui reſiſtite fortes in fide; & multos Homines ſuis illuſionibus; deceptionibus, & tentationibus Sciſmaticos, Rebelles, atq; Hęreticos fecit. Quamobrem Diuus Athanaſius, cuius Symboli expoſitionem diuino auxilio fauente pręmanibus habemus, veluti ſapiens Architectus fundamentum firmum, & ſolidum ponens, dicit. Quicunq; vult ſaluus eſſe: ante omnia opus eſt, vt teneat Catholicam fidem. Fides enim fundamentum eſt Omnium bonorum; humanæ ſalutis initium. teſtante D. Gregorio, Sine qua Nullus vnquam potuit ad perfectum electorũ Dei numerum peruenire. Idem confirmante Patre Auguſtino, Nullus vnquam ſaluatus eſt, nec ſaluabitur à principio mundi vſq; in finem, niſi per fidem Domini Noſtri Ieſù Chriſti. Eiuſdem credo aſſertorem eſſe S. Paulum Apoſtolum in illis verbis. Fundamentum aliud nemo poteſt ponere præter id, quod poſitum eſt; quod eſt Chriſtus Ieſus.

***1. Dub.*** Verum hic poſſet meritò aliquis quęrere, ſtante tanta Demonis malignitate, & poteſtate, ſi omnia peccata Hominum ſint à Demone tentante.

***Solutio.*** Cui difficultati ſatisfacit D. Thomas dicens cauſam alicuius effectus duplicem eſſe, vnam indirectam, cum aliquis in aliquo cauſat aliquam diſpoſitionem ad ali-

quem

Digitized by Google

quem effectum. Non tamen illum principaliter intendit, vt incidens aliquam Arborem, ne impediat ortum frumenti in ſuo agro. dicitur cauſa indirecta cōbuſtionis illius arboris, cuius principalis intentio huiuſmodi nequaquam fuerit, ſub quo ſenſu dici poteſt: Demonem cauſam eſſe omnium peccatorum. Quoniam eius inſtigatione primus homo peccauit, ex quo quędam pronitas ad peccandum in eo conſecuta fuit in toto genere Humano; ſub quo ſenſu ſunt interpretanda verba D. Dionyſiij Multitudinem Demonum cauſam eſſe omnium malorum.

Alio verò modo quis dicitur cauſa omnium malorum directa, vt cùm illud producit, & directè ad illud agit, vt interficiens hominem. Et ſic non omnia peccata ſunt à Demone, qua diſtinctione poſſunt conciliari omnes auctoritates, quæ ſibi inuicem videntur aduerſari. Et ſic negandum eſt, omnia peccata eſſe à Demone inſtigante; ſed quędam à libertate arbitrij, quędam à carnis corruptione. Quia teſte origene. Etſi Diabolus non eſſet, adhuc homo ciborum venerçorum, & aliorum apetitum haberet. Ex quibus oriuntur peccata, & pręcipuè naturę corruptione ſuppoſita. Cum etiam Diabolus tam grandem habeat poteſtatem, vt de ipſo in Sacris litteris. Non eſt poteſtas, quę comparetur ei. quę verba de creata veniunt interpretanda, haud de increata. *Nota.*

An hominem ad peccatum coactè impellere, & cogere valeat; ex quo homines incauti, & male diſpoſiti, *2. Dub.*



Digitized by Google

quando de peccatis redarguuntur, ſolent ſępe dicere, Diabolus in cauſa fuit, vt talia dicerem, ac facerem.

*Solutio.* Dicit S. Thomas, quod quamuis Diabolus ſit maximè fortis, & potens: minimè hominem ad peccandum cogere poteſt, quia cùm eius velit damnationẽ, nullam permitteret bonam facere operationem. Et ideo teſtimonio D. Bernardi, Debilis reputatur dicentis, Debilis eſt Hoſtis non vincens, niſi volentem: nihilominus toto conatu noſtram procurat damnationem.

*Nota.*

Multa enim de ſe poteſt, quæ Deus propter ſuam bonitatem non permittit operari. Dicente Apoſtolo. Fidelis Deus, qui non permittit vos tentari, ſuper id quod poteſtis; ſed faciet etiam cum tentatione prouentum, ex cuius tentatione tot, tantęq; in vniuerſo orbe ſunt hæreſes; vt Hiſtorias diſcurentibus liquidò apparebit, quas breuitatis in pręſenti dimittendas forè exiſtimo, & pręcipuè illa Arrij, ad cuius extirpationem Nicęnum Concilium congregatum fuit, & Symbolum S. Athanaſij editum, pro cuius expoſitione nũc totis viribus, & affectu elaboramus.

*Nota.* Sed prius ab omnibus aduertendum eſt tria adiueniri Symbola. Quorum vnum eſt Apoſtolorum, in quo inſtruuntur fideles de credendis. Nicęnum in Nicęna Ciuitate cęlebratum, & ibidem S. Athanaſij acceptatum, & approbatum, cuius expoſitioni nunc attendimus, & operam damus.

*3. Diff.* Inſuper cùm omnia neceſſaria ad credendum con-

tinc-

tineantur in Symbolo Apoſtolorum. Meritò aliquis quęrere poſſet, cur alia Symbola edita ſint.

Reſpondet S. Thomas, quòd ſicut in ſcientijs naturalibus: quędam ſunt antecedentia, quæ ſecundum ſubſtantiam, & formaliter non intrant in demonſtrationem, ſed virtualiter, vt principia generalia: quædam conſequentia, vt corrolaria: quędam principalia, vt quæ ſecundum ſubſtantiam intrant demonſtrationem: ſic in Theologia: quædam ſunt antecedentia, vt quę ſunt de dictamine naturalis rationis: quædam principalia, vt articuli fidei, ad quorum cognitionem, & aſſenſum lumen primæ veritatis principaliter illuminat. Niſi credideritis, non intelligetis: quædam ſubſequentia, vt quæ ſunt per Eccleſiam determinata, & omnia in Sacra Scriptura contenta generaliter reduci poſſunt ad iſtos duodecim Articulos, videlicet ad Sanctam Catholicam Eccleſiam, Sanctorum Communionem, &c. vt Corpus Chriſti eſſe in Sacramento Altaris, Credere fornicationem eſſe peccatum, &c. & cõtraria eorum pertinaciter non aſſerantur. Ponuntur ergo in Symbolo Apoſtolorum principalia credenda explicitè, ad quod talia reduci poſſunt. *Reſpõs.*

Nec deſerendum eſt inquirere: ſi neceſſaria credenda explicitè in Symbolo Apoſtolorum principalia continentur, & propter quid alia duo Symbola edita ſint, Nicœnum ſcilicèt, & præſens Athanaſij. ***4. Dub.***

**Cui inquiſitioni ſatisfacit Sanctus Thomas, dicens** ***Solutio.***

Symbo-

Digitized by Google

Symbolorum editionis cauſam duplicem extitiſſe, vnã fidelium inſtructionem in credendis, & hac de cauſa illud Apoſtolorum fuit compoſitum. aliam ad hæreſum impugnationem, & extirpationem, propter quas illud Niceni, preſensq; Athanaſij, & ſecundum temporum diuerſitatem, atq; neceſſitatem diuerſa fuerunt appoſita remedia, & non propter primi Symboli inſufficientiam.

*5. Dub.* Verum iurè, & meritò aliquis à me quęrere poſſet, & quærendo interrogare. Quamobrem in Concilio Niceno, in quo poſiti ſunt omnes alij Articuli fidei. iurèq;, & rationabiliter hoc factum fuiſſe. Cùm ad extirpandam Arrij hæreſim, & ad veritatem Catholicam docendam congregatum fuerit. Quòd non ſit ab illis Patribus ibi explicatus, neq; poſitus Articulus de deſcenſu Chriſti ad Inferos; vt patet diligenter intuenti, & conſideranti illud Symbolum, ſine cuius credulitate nullus vnquam ſaluatus eſt, nec poteſt ſaluari, dicente Sancto Athanaſio. Quicũnq; vult ſaluus eſſe, &c.

*Solutio.* Reſolutionem huius difficultatis declarandam reſeruo ſuper illis verbis; Deſcendit ad Inferos. ibi eam videbitis, & ex illa habebitis ſolutionem: non minimè conſiderationis.

*6. Dub.* Quare in eodem Symbolo ponitur Articulus de Incarnatione Filij Dei, Qui propter nos homines, &c. & Homo factus eſt.

*Solutio.* Nulla ibi facta mentione de Natiuitate Chriſti, qui

tamen

tamen eſt Articulus fidei, quæm omnes, tàm docti, quàm indocti tenentur explicitè credere, cum Articuli humanitatis ſint explicite ab omnibus credendi; vtriuſq; ſolutionem ibidem inuenietis, ſi ſubtiles eritis, & ſubtiliter conſiderabitis.

Articuli vero fidei, vt omnis tollatur difficultas, duodecim dici quæunt, & bene iuxta numerum Apoſtolorum, quatuordecim verò ſecundum ipſas res creditas, & ita tenent omnes Theologi. *Solutio.*

Diſcite vt poſitis à prima illuminari veritate in fide Catholica, ſtabiles eſſe, & Aduerſario nequaquam conſentire: mactare, & diſperdere quęrenti. Sed fidei armaturam induti ſecùm viriliter pugnare, non vt corruptibilem coronam accipiatis (veluti in ſtadio currentes) ſed incorruptam in Cęlis, quam concedat, qui eſt benedictus in ſæculorũ ſæcula. Amen. *Documentũ.*

## LECTIO SECVNDA.

*Super eiſdem verbis.*

DEclaraturi tertium Symbolum ab Athanaſio editum ad impugnandam hæreſim Arrianam, atq; ad eandem extirpandam ab aliquibus Symbolum fidei nuncupatum. communiter verò Athanaſij Symbolum ab omnibus dictum, aduertendum forè exiſtimo, quòd tempore Maximi, & Catholici Imperatoris Conſtantini, & Sanctiſſimi Silueſtri, quaſi per totam terrarum orbem Presbyteri Arrij Alexandrini hæ-

reſis

Digitized by Google

reſis pullulabat, ambientis ſummopere Epiſcopatũ, quem cum conſequi minimè valeret. & in Alexandria multorum ſcolarium pręceptor eſſet, hunc errorem predicare incepit. Filium Dei purum hominem, & Creaturam, Patreq; minorem, ac Spiritum Sanctum vtriuſq; ſeruum, quem de Ciuitatę Alexandrię Epiſcopus expulit, à quo Arriani dicti ſunt. Pro cuius hæreſis extirpatione auctoritate Sãctiſſimi Silueſtri: Concilium ſupradictum in Nicęna Ciuitate congregatum fuit, Conſtantino exiſtente ibi Imperatore, anno ſui Imperij Quinctodecimo, & anno Incarnationis Chriſti trecenteſimo vigeſimo. Vbi ſecundum aliquos fuerunt tercentum decem, & octo Epiſcopi, ſecundum

*Nota.* verò alios tercentum octuaginta: cui diſcordiæ, & controuerſiæ occurrens, dicerem Epiſcopos, & alios attigiſſe numerum nouiſſimè aſſignatum, at ſine alijs primum dictum eſſe verum, & ibi Arrianam hæreſim fuiſſe condemnatam. Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero. In quibus verbis apertè docentur fideles. Filium à Patre eternaliter genitũ, ſibi coequalem, & conſubſtantialem, & ibidem Athanaſij Symbolum acceptatum, & approbatum, & propter eandem hæreſim ab ipſo editum, compoſitumq;, quod manifeſtans apertè dicit. Deus Pater, Deus Filius, & Deus Spiritus Sanctus, æqualis Patri ſecundum Diuinitatem; & ſi Patri in aliquo inferior dicatur, id vt ſequitur ſecundum humanitatem; & ordinatum, quod omnibus diebus Dominicis in Eccleſijs publicè

(vt

Digitized by Google

(vt ſeruatur) ad primam, & matutinum legeretur. in quo Symbolo probare intendit, atq; docere. Filium, & Spiritum Sanctum veros eſſe Deos. tres in perſonis, & vnum in eſſentia, Filiumq; Dei verum in tempore Incarnatum, certe D. Paulo ad Galatas. At vbi venit plenitudo temporis, miſit Deus Filium ſuum factum ex muliere, factum ſub lege, vt eos, qui ſub lege erant, redimeret. ſummariè igitur, & generaliter loquentes ſinguli aſſerere debent, huiuſmodi Symbolum in duas principales partes ſecari. In prima quarum tractat de Diuinis perſonis, earum trinitate, & eſſentię vnitate. In ſecunda verò de Filij Incarnatione, ac eius Aduentu ad iudicandum in quo, & quando reddet vnicuiq; ſecundum opera ſua; & qui bona egerunt, ſecundum veritatem, & iuxta auctoris ſententiam ibunt in vitam ęternam, qui verò mala egerunt in ignem æternum.

At ſuper iam dictis de Concilij Nicœni congregatione *1. Dub.*
Iurè quiſpiam quęrere poſſet, quis, quando, quomodo, &c. vt Concilium dicatur. Canonicè congregatum; & ſuam habeat virtutem, congregari, & confirmari debeat, & dubbia in fide orientia, & incidentia declarare, & determinare. Reſpondet S. Thomas quod ad ſummum Pontificem, qui toti præeſt Eccleſiæ. cuius *Solutio.*
auctoritate Concilij ſententia firmatur, & roboratur, ſine quo Canonice minimè poteſt congregari.

Addo reſponſionē interrogationi, quę à multis per *2. Dub.*
ſæpe fieri poteſt; ſi Eccleſia vniuerſalis, & Concilium generale Canonicè congregatum, poſsint in his,



Digitized by Google

quæ ſunt Fidei, & bonorum morum finaliter errare, ſecundum Doctorem Angelicum; quod non iuxta illud
*Reſpõs.* Saluatoris. Ego rogaui pro te Petre, vt non deficiat Fides tua, tu autem conuerſus confirma aliquandò fratres tuos.

Nec ab re Eccleſia Sancta Catholica, & Apoſtolica ſtatuit, vt ſingulis diebus ad primam ſolemniter, dictũ Symbolum legatur, ſed vt fidelis quilibet in principio, & in initio ſuorum operum Deum, quem inuocat, veraci fide confiteatur, & fidei lorica muniatur contra Satanæ nequitias, ac Deum corde, & ore conſtanter confiteatur iuxta illud, qui me confeſſus fuerit coram hominibus, confitebor, & ego eum coram Patre meo; & iterum, qui me erubuerit confiteri coram hominibus erubeſcam, & ego eum confiteri coram Patre meo. Quadere D. Paulus Hortabatur ſuum diſcipulum certa bonum certamen fidei, apprehende vitam æternam; in qua vocatus es confeſſus confeſſionem bonã coram multis teſtibus. Hinc fit, vt editor Symboli dicat in primis ſuis verbis. Quicunq; vult ſaluus eſſe ante omnia opus eſt, &c.

*3. Dub.* Et cum dictum ſit, ideo Eccleſiam inſtituiſſe, vt omnibus diebus Dominicis legatur iſtud Symbolum, vt veraci fide, non ſolum interiori, ſed exteriori, non ſolum corde, ſed & ore Deum confiteamur teſtãte Apoſtolo, corde ad iuſtitiam creditur, ore autem confeſſio fit ad ſalutem. Si hoc facere ſit homini ſalutem volenti neceſſariam.

Satiſ-

Satisfacit S. Doctor quod cum præceptum ſit affirmatiuũ obligat, pro loco, & tempore; & non pro ſemper, & ad ſemper, velut præceptum negatiuum; vt cum quis de Chriſti fide interrogatur, ſi taceret debitus honor Deo ſubtraheretur, & ſalus proximi tolleretur, ac aſtantium ſcandalũ oriretur, qui dubitare poſſent, an talis chriſtianus eſſet, & fides Chriſti vera, in tali caſu tenetur etiã morte interueniente fidẽ Chriſti cõfiteri. ad quod D. Paulus ſuũ Thimoteũ hortabatur certa bonum certamen fidei, apprehende vitam æternam, in qua vocatus es, confeſſus, confeſſionem bonam coram multis teſtibus. Quamobrem teſte D. Luca in Apoſtolorum Actibus Apoſtoli ibant gaudentes à conſpectu Concilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſù contumeliam pati. obſeruatum ab omnibus Sanctis, & Martyribus; predicatum à Chriſto. qui me erubuerit confiteri coram hominibus erubeſcam, & ego confiteri eum coram Patre meo longe antea à Regio Propheta prænunciatum, In omnẽ terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Replicatum à Chriſto Euntes predicate Euangelium omni creaturæ. Nec id abrè, ſed propter hominum ſalutem; Ideo ſequitur. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit; qui verò non crediderit, condemnabitur, & S. Athanaſius; Quicunq; vult ſaluus eſſe, &c. *Solutio.*

**Sed ſi ex tali fidei confeſſione manifeſta infidelium oriretur turbatio, quid tunc agendum eſſet?** 4 *Dub.*



Digitized by Google

**Solutio.** Dicit S. Thomas, quod ſi talis turbatio orirètur abſq; fidelium vtilitate, & fidei exaltatione, quòd in tali caſu laudabile non eſſet fidem publicè confiteri Chriſti exemplo, Qui ambulabat in Galileam, nolens in Iudeam ambulare, quia quęrebant eum Iudei interficere, & in Deſerto cum Diſcipulis morabatur; & alibi abſcondit ſe, & exiuit de templo, ſecus ſi neceſſitas adeſſet, fidei, fideliumq; naſceretur vtilitas. Iuxta illud Saluatoris reſpondentis Diſcipulis. Scis quia Phariſei audito verbo hoc ſcandalizati ſunt? Sinite illos, cęci ſunt, & duces cęcorum, & ſi cęcus, cęco ducatū, **Nota. dupl.** præſtet, ambo in foueam cadunt; idq; rationabiliter dictum, cum ſcandalum eſſet paſſiuum, & non actiuū acceptum, & non datum. dico inſuper quod aliquo **Nota.** faciente ex timore, ſignum aliquod diſtinctè infidelitatem ſignificans mortaliter peccat, & potius debet mori: Apoſtolorum, & Martyrum exemplo, qui potius mori, quàm fœdari voluerunt, vt patet de Sanctis Petro, Paulo, Andrea, &c.

**Documentū.** Diſcite Chriſti corde, ore confiteri, & opere, & ipſius fidem ipſe confiteatur nos de ſuis ouibus eſſe coram Patre ſuo. idq; pręcipue coram ſuis, & fidei ſuæ inimicis, qui adeo ſunt multiplicati, vt paupercula Petri Nauicula fluctuet, & turbatur, ſed ambigere non debitis nunquam ſummergendam forè: fluctuare maxime. Iuxta illud Saluatoris Ego rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua, tu autem conuerſus aliquandò confirma fratres tuos. Et iterum Portæ Inferi non

pręe-

Digitized by Google

præualebunt aduerſus eam. Ero vobiſcum vſq; ad cõſumationem ſęculi, & Chriſtus mentiri non poteſt, ſed in tot periculis conſtituti ad Deum puro corde ore, & opere ad Deum inceſſabili voce clamemus, vt nos ab illis liberet. Amen.

## LECTIO TERTIA.

*Super eiſdem verbis.*

FEcit Deus (vt Diuus Auguſtinus dicit) rationalem Creaturam, vt Deum intelligeret, intelligendo amaret, amando poſſideret, ac poſſidendo frueretur. Hinc cum in hoc ſæculo non poſſit conſequi finem ſuum, Diues, Sanus, Potens, Sciens, Dominus, Dux, Rex, Imperator, ſemper eſt inquietus, dicente Patre Auguſtino. Feciſti nos Domine ad te, & inquietum eſt cor noſtrum, Donec requieſcat in te. Et Diuus Pauulus. Cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto. Longè antea à Regio Propheta prædictum. Satiabor tunc (& non prius) cum apparuerit gloria tua, & Sapiens concluſit omnibus conſolationibus in hoc mundo habitis. Vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Et qui patientiæ nomine intitulatur, poſt multas conſolationes in hoc mundo habitas. Tandem concluſit Solum mihi ſupereſt Sepulchrum. Et ideo cum Deus Benedictus agens ſit ſumme regulatum, & ordinatum, à quo cętera inferiora agentia regulantur, & ordinantur, & eò bene agere, & regulate dicuntur inquantum ſuis re-

gulis

gulis moderatur, non ſolum hominibus finem proprium, & maximum aſſignauit, qui eſt frui Deo trino, & vno, dicente D. Ioanne. Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant (Addunt ſubtiles) ament te Deum verum, & quem miſiſti Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.

Aſſignauit etiam media neceſſaria pro conſequendo tali fine, & ſunt ſacramenta, Fides, Virtutes, Spes, Charitas, Humilitas, Patientia, Benignitas, Modeſtia, Perſeuerantia, & bona opera. Fidei meminit Sanctus Athanaſius, vt in primis verbis omnibus apparet, Quicunq; vult ſaluus eſſe, &c. Qua iuſtificamur teſte D. Paulo. Iuſtificati igitur ex fide, pacem, &c. benedicimur, qui ex fide ſunt benedicentur. Cum fideli Abraam filij Dei efficimur. Dedit eis poteſtatem Filios Dei fieri. Saluamur. Fides tua, Dixit Dominus, Ieſus Magdalenæ, te ſaluam fecit.

In cuius fidei exaltationem Saluator dixit: Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit, & Sanctus Athanaſius, Quicunq; vult ſaluus, &c.

At ſuppoſitis ſuperius aſſertis, meritò aliquis me

*1. Dub.* interrogare poſſet. ſi media neceſſaria ad conſequendum finem, de quo Sancti loquuntur ſupernaturalem appellatum ad diſtinctionem finis naturalis, de quo Philoſophi ſunt collocati, poſſit à nobis Viatoribus naturaliter cognoſci.

*Solut.* Dicit Princeps Subtilium in prima Prologi, quod non. Quia liberè, & nulla naturali neceſſitate nobis à Deo finis confertur, & vita æterna, tanquam præ-



Digitized by Google

mium pro meritis, & bonis operibus illi, qui meruit, ſed ex Diuina acceptatione miſericordia, & pietate, quam nobiſcum, non coactè, cum à nullo cogi poſſit, ſed merè, liberè, & contingenter nobis promiſit, & quæ ad extra Diuina Maieſtas operatur, liberè, & contingenter ſecundum omnes Theologos operatur; ita, & media neceſſaria, & ſufficientiam nos docuit. Ita quod ſi damnamur, id totum nobis, & iniquitatibus noſtris attribuendum eſt, dicente Oſea, Perditio tua ex te Iſrael.

Quapropter, vt fideliter concludamus, à nobis omnibus dicendum eſt, talia media naturaliter cognoſci nequaquam poſſe. Sed neceſſarium fuiſſe huiuſmodi à Deo ſua clementia ſupernaturaliter reuelari. Quoniam, & ſi finis naturalis, & media naturalia ad hunc hominem perducentia cognoſci queant, vt de Philoſophis conſtat, haud tamen de ſupernaturali, & ſupernaturalibus, de quibus in præſenti agimus. *Nota.*

Nec obſtat dictum Philoſophorum aſſeuerantium omnia à nobis naturaliter, & naturali lumine dignoſci poſſe. Cum in anima intellectiua habeamus ſufficiens actiuum, & paſſiuum; id eſt intellectum agentem, cuius eſt omnia facere, atq; intellectum poſſibilem, cuius eſt omnia fieri. Ex actiuoq; , & paſſiuo naturali debite aproximatis conſurgit actio. Quoniam teſte D. Auguſtino ex cognoſcente, & cognitò paritur notitia: veluti effectus à proprijs cauſis. Quoniam, & ſi ex parte animæ ſit ſufficiens principium cognitionis, *2. Dub.* *Solutio.*

requi-

requiritur vltra ipſum obiectum cognitum, quod partialis cauſa nuncupari debet, quæ non producit à ſe ſola effectum, ſed requiritur alia cauſa, id eſt intellectus, ex quibus duabus, fit vna totalis, à quà prouenit effectus. Et ideo cum legenti aliquando occurrit cauſam non producere effectum: id de partiali intelligendum:

*Nota.*

*Nota.*

Ideo ſecundum Theologos neceſſarium fuit homini viatori aliquam doctrinam ſupernaturalem, ſupernaturaliter reuelari. Contra Philoſophos, qui perfectionem naturalem agnoſcentes, & ſupernaturalium neceſſitudinem negantes affirmarunt ſuperflum fuiſſe doctrinam aliquam ſupernaturalem à Deo nobis reuelari.

*Nota.* At Theologi cognoſcentes naturalium imperfectionem, & ſupernaturalium neceſſitatem contrarium affirmarunt, Idq; ab omnibus Catholicis firmiter

*3. Dub.* aſſeuerandum eſt, atq; tenendum. Nec prætereundũ eſſe duco, quod in ſuperioribus affirmatum fuit, hominem fide iuſtificari. cum ſecundum Trid. Concilium Seſsione ſexta, capite tertio requirantur. Fides,

*Solutio.* Spes, Charitas. Dicendum ideo in Sacris litteris, dici hominem fide iuſtificari, quia ipſa eſt humanæ ſalutis initium, radix, & fundamentum Chriſtiani edificij, ſine qua impoſsibile eſt ad Sanctorum conſortium peruenire, & Deo placere.

*Alia Sol.* Vel quod in præfata auctoritate, in qua Apoſtolus dicit, Hominem per fidem iuſtificari, non loquitur excluſiue, & præciſiue, vt alias excludat virtutes. Veluti dubitatio innuit, ſed ſimpliciter, & abſolutè, veluti

Sal-

Digitized by Google

Saluatoris verba veniunt intelligenda Magdalenæ dicta. Fides tua te ſaluam fecit: & idem habetur plerique locorum in Sacra Scriptura. Idq; deuote conſideranti apparebit. Quandoquidem Centurio de Fide laudatus fuit, ſerui ſanitatem eſt conſecutus, & propriam ſalutē obtinuit: nihilominus, humilitatem, ſolicitudinem, amorem, pietatem, & charitatem in ſe habuit: Idem affirmari poteſt de Cananea, vt litteram intuenti apparebit, & de multis alijs.

Hinc fit, & concludere oportet, Quod Quicunq; vult ſaluus fieri, oportet Fidem Catholicam confiteri, & teneri perfecte, & complete. Qui enim in vno deficit factus eſt omnium reus: Quoniam ad ſalutem non ſufficit partem Chriſtianę Fidei confiteri, ſed vniuerſaliter credere quęcunq; ipſa credit, & iſta Fides pro quocūq; ſtatu fuit neceſſaria homini ad ſalutem volenti, & maximè, ſi de infuſa loquamur Quoniam ſicut anima non eſt Deo accepta niſi ornetur, & perficiatur per charitatem, quo ad voluntatem, ſic non acceptatur à Deo, niſi perficiatur habitu ſupernaturali, quo ad intellectum, qui eſt Fides, & ſicut illę potentię ſunt naturaliter ordinatę in actibus ſuis, qui ſunt intelligere, & velle, ſic in ſuis perfectionibus: quia prius natura perficitur intellectus, quàm voluntas in actibus ſuis, quia velle prǽſupponit intelligere, dicente P. Auguſtino, inuiſa diligere poſſumus, incognita nequaquam licet bene perficiantur in eodem inſtanti durationis, & pręcipue quantum ad habitus infuſos, quia impium eſt à Deo dimidiam

*Nota.* *Nota.* *Nota.*

ſperare veniam: quia ſicut homini ante Chriſti aduentum, neceſſaria fuit Charitas ad ſalutem, ita, & Fides: quamobrem dicit Sanctus Athanaſius. Quicunq; vuult, &c.

*4 Dub.* Quod pluribus auctoritatibus Sanctorum fuit in principio confirmatum, & data veritate ſuperius dictorum, videlicet fidem Chriſti neceſſariam fuiſſe pro omni tempore: an creuerit, vel augumentata fuerit.

*Solutio.* Dicit Sanctus Thomas, quod quantum ad ſubſtantiam Non. Sed bene quantum ad explicationem. Nos enim multa credimus explicite, quæ patres Veteris legis credebant implicite: Idq; clare oſtendunt verba Creatoris Moyſi dicta. Ego ſum Deus Iacob: Deus Iſac. & nomen meum Adonai. Non indicaui eis: & Pſalmus. ſuper ſenes intellexi. & Apoſtolus: non eſt agnitum myſterium, &c. qui perfectius, & clarius nobis, &c.

Vnde Apoſtoli perfectius edocti in duodecim Articulos Symbolum diſtinxerunt, qua de re quo magis aduentus Chriſti aproximabat, eo magis fides explicabatur: confirmatum à Diuo Gregorio ſecundum crementa temporum creuit ſcientia Sanctorum Patrum. Attendite quæſo & intellectu percipite nunc dicenda, & ſcitu digna, Cum fides omnibus, & de omnibus ſit

*5. Dub.* neceſſaria, Quid de Virgine dicendum?

Quæ ſenſibiliter ſciuit, & cognouit ſine concurſu cauſæ naturalis ſuperioris, Chriſtum Concepiſſe. & Articulus eſt fidei. cum ita nouerit, veluti ipſius verba

mon-

monſtrant Angelo ſalutanti dicta, Quomodo fiet iſtud Angele Dei: quoniam Virum non cognoſco?

Quod & de alijs Apoſtolis, qui paſſioni, & morti Chriſti interfuere, & Articuli fidei ſunt. Nec tamen de ipſa, vel de illis dicendum eſt, ſingulos non credidiſſe Articulos, *6. Dub.*

Cui dubitationi eodem modo ſatisfaciendum eſt illi S. Thomæ, quemadmodum habetur in Homilia octauæ Paſchę, quod aliud vidit, aliud credidit: ſic de Virgine: quod nō credidit ſe purum hominem concepiſſe, & peperiſſe; Sed Deum, & hominem. Ita & Apoſtoli non purum hominē pati, Crucifigi, & mori, ſed Deum, & hominem. Quamuis natura Diuina in ſe nequaquam ſit paſſa, & formaliter, ſed per communicationem idiomatum. teſtimonio Magiſtri Sententiarum, ſub quo ſenſu verè dicere poſſumus, quod Puer ille eſt æternus. *Solutio.* *Nota.*

Creauit Stellas omnipotens infinitus, &c. Sic quod Deus eſt paſſus Crucifixus, mortuus, &c. Quāuis vnuſquiſq; Catholicus firmiter credere teneatur Deum formaliter inpaſsibilem eſſe, & æternum.

Volentes ſalutem credatis: ſed fide formata, non informi. Quia infideles, & ocioſi à Deo acriter puniuntur, & fideles, atq; operantes æternis delicijs præmiantur. Quare dicamus. Adauge nobis fidem, & da nobis fidei, ſpei, & charitatis augumentum. *Documentū.*

Amen.



Digitized by Google

## LECTIO QVARTA.

*Quam niſi quiſq; integram, &c.*

SIcut Charitas eſt omnibus omnium diligibilium neceſſaria, & perfecta obedientia, quod omnibus præceptis obediat: ita omnium Articulorum, fides eſt neceſſaria volenti ſalutem, qui enim in vno defficit (ſicut Diuinæ teſtantur Scripturæ) factus eſt omnium reus. Quapropter cum S. Athanaſius fidei neceſſitatem in primo oſtenderit verſiculo, dicens. Quicunq; vult ſaluus eſſe: in ſecundo, eandem integram, & inuiolatā futuram in quolibet de neceſſitate eſſe oportere; Nam quam niſi quiſq; integram, & inuiolatam ſeruauerit abſq; dubio in æternum peribit.

Integra tunc eſt cum omnes credit Articulos, & in nullo diſcredit. Sed Deo, & Eccleſiæ Sanctæ Catholicæ, & Apoſtolicæ obedit, quod minimè faciunt Hæretici, nec Sciſmatici, neq; Apoſtatę, Eccleſiam Sanctam Chriſti contemnentes, contra illud Matthęi, Ex ore Chriſti. Omnia quęcunq; dixerint vobis, dūmodo non ſint legi ipſius Chriſti aduerſantia, ſeruate, & facite. Secundum verò opera eorum, nolite facere; qui vos audit, me audit, & qui vos ſpernit, me ſpernit.

Quæ fides tunc inuiolata dicitur, cum fide formata vnuſquiſq; viuit, Vbi aduertendum à vobis eſt, vt aiunt Theologi, duplicem in Scripturis adinueniri fidem

*Not. fid. dupl.*

dem

dem, informem ſcilicet, & formatam, de prima S. Iacobus, fides ſine operibus mortua eſt, quæ non ideo dicitur informis, quia careat propria forma, quoniam tunc non eſſet, dicente Ariſtotile. Forma eſt, quæ dat eſſe rei, & conſeruat rem in eſſe. Sed de exteriori ipſam perficiente: de formata verò S. Paulus Sermonem facit, dicens. Fides eſt, quæ per dilectionem operatur. Dilectio verò, & Charitas formæ ſunt extrinſecæ, & perfectiuæ ipſius fidei, ſub quo ſenſu verba ſuperius poſita, ſunt interpretanda.

Quę fides tunc immaculata dicitur, cum nullo mortali peccato fœdatur. Non enim iſta duo, ſcilicet peccatum mortale, & Charitas ſimul eſſe queunt. Cum per charitatem Dei ſimus amici, & per peccatum mortale inimici. Secus dicendum eſt de peccato veniali, quod gratiæ gratum facienti, & Charitati minimè contrariatur. *Nota.*

Si autem homo fidelis mortaliter peccet, per pœnitentiam reſurgit, & in fide viua mori poteſt, & moritur iuxta illud. Quacunq; hora conuerſus fuerit Peccator, & ingemuerit, omnium iniquitatum eius non recordabor. & Regius Propheta. Beati, quorum remiſſe ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata. Quod non ſemel fit, ſed bis, terq;, quaterq;, & quoties opus eſt, dicente Domino Ieſù Petro reſpondente. Non dico tibi ſepties, ſed ſeptuagies ſepties.

Verum ſtante dicta fidei neceſſitate, & integritate, vt ſuperius S. Athanaſius conteſtatus eſt. 1. *Dub.*

Dicen-

BIBLIOTECA NAZ. VITT. EMANUELE ROMA

Digitized by Google

Dicentem audio. ſi oporteat fidelem, omnes articulos fidei explicite credere, vel ſat ſit implicite.

*Not.* At id prius pro rudibus adnotandum exiſtimo. tunc quempiam implicitè credere, cum credit, quod Sancta Eccleſia, & maiores. tunc autem explicite, cũ in ſpeciali de ipſis loquitur, & ipſorum numerum, atq; diſtinctionem aſſignare nouit.

*Solutio.* Satisfacit motæ difficultati Doctor Sanctus dicens, quod Doctoribus, Superioribus, Prçlatis, & alijs, qui cçteris prçſunt, atq; alios docere tenentur, veluti non tantum, qui ſuperius nominati ſunt, ſed Lectoribus, Curatis, Prædicatoribus, &c. Cõuenit atq; neceſſariũ eſt, omnes, & ſingulos explicite credere. benè tamẽ in diuerſis gradibus, vt qui in maiori ſunt dignitate plures, & magis diſtinctè, qui verò in minori, pauciores.

Addo ſecundum doctrinam præfati Doctoris, & omnium aliorum, quod credere omnes articulos implicite in habentibus vſum rationis, non ſufficit ad ſalutem, quia fieri non poteſt, vt ſit ſuæ ſalutis tam negligens contemptor, vt conuerſando inter fideles actũ explicitum alicuius articuli non diſcat. *Not.*

*Not.* Credere autem aliquos explicite, vt Trinitatem perſonarum, Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum, & vnitatem eſſentiæ ex ſigno Sanctę Crucis, quo ſæpe fideles muniuntur, & Eccleſiæ ſacramenta conferuntur, & ſpectantes ad humanitatem, vt Incarnationem, Natiuitatem, Paſſionem, Crucem, Mortem, Reſurectionem, Aſcenſionem, &c. Ex ſolemnitatibus, quæ

quo-

Digitized by Google

quolibet anno in Eccleſia Sancta Catholica, & Apoſtolica cęlebrantur, & aliquos credere implicite; ſimplicibus ad ſalutem ſufficit. Ita tamen, vt quo magis poſſunt in ipſis addiſcendis elaborent, cum hoc tamen, vt nulli articulo in particulari diſcredant. Sed firmiter proponant vt cum à Superioribus, Maioribus, Curatis, & Pręlatis, docentur. omnia, & ſingula credere iuxta illud. Boues arabant, id eſt Maiores in docẽdo laborabant, & Aſinæ paſcebantur. id eſt ſimplices paſcebantur, & docebantur; qui in fide Eccleſiæ, & maiorum ſaluantur, cum dicta animi præparatione. *Not.*

At prætereundum non eſſe credo, quod faciliter ab aliquibus ſæpe quæri, & conquiri ſolet. cum teneantur omnes, vt paulò ante dictum eſt, explicite credere Trinitatem perſonarum, & vnitatem eſſentiæ, quæ diſci poſſunt ex ſigno Sanctę Crucis.

Eſt aliquis ſimplex, rudis, & indocilis, & groſſus, qui non poteſt concipere iſtos terminos: ideſt Eſſentiam, Trinitatem, Perſonam, &c. quocunq; conatu facto, & diligentia adhibita. Quid de tali dicendum ſit. *2. Dub.*

Reſpondet Doctor Subtilis, quod talis non tenetur: cum Deus neminem intendat ad impoſſibile obligare. Ideo cum ex ſua groſſitie iſte non poſſit diligentia omni adhibita concipere ſupra dictos terminos, vti Clerici litterati: ad ſalutem ſufficit credere, quod Sancta Eccleſia Catholica, & Apoſtolica credit, tenet, & confitetur. *Solutio.*

Omnes

*Not.* Omnes tamen aliquando tenentur ad aliquem Fidei actum explicitum. Maiores verò vt ſupra: ſimplices verò verbo docere, & exemplo, vt docet D. Auguſtinus quartodecimo de Trinitate capite primo, & c. & hac de cauſa dicebat Chriſtus de ipſis loquēs. Vos eſtis lux mundi. Vos eſtis ſal terrę, &c.

*3. Dub.* Nec ex dictis cuiquam inferre licet, non tenentur ſimplices explicite, & diſtincte ſcire omnes Articulos Fidei, ſicut maiores, ergo licite poſſunt credere aliquod oppoſitum: & huic, aut illi Articulo contrarium; Quia malum vitari nequaquam poteſt, niſi cognoſcatur; Et ſic ſimul, & ſemel fidelis, & infidelis eſſet. Nec teneretur vitare quemcunq; errorem Articulis Fidei contrarium. Quod ſecundum Subtiles negandum eſt, quia conſequentia non valet, vt patet in peccatis mortalibus. Nam quilibet, quodlibet tale vitare tenetur, ſi propriam exoptet ſalutem. Non tamen ſcire tenetur explicite, in quo gradu Superbia, Auaritia, Gula, Ira, & c. huiuſmodi pecata ſint mortalia, quod & multis, in ſcientia, & arte expertis aliquandò eſt ignotum. Ita dicendum eſt de malo vitando, ad quod non neceſſariò requiritur explicita, & perfecta cognitio.

*Nota.*

*Solutio.* Sed quę, & à quocunq; haberi poteſt, & in quocūq; gradu. Quilibet enim fidelis non ſolum tenetur vitare contrarium Articulorum Fidei, ſed cuiuſcūnq; veritatis contentę in Sacra Scriptura, & Canone.

*4. Dub.* Sed ſi quis ſimplex, & Idiota audiret duos contraria prędicantes, & docentes ſic de Articulis Fidei. Quid in ta-

in tali caſu agendum eſſet?

Dicit qui ſupra quod non ſtatim aſſentire debet, ſed ad alium magis peritum, vel ad Eccleſiam recurrere, vel ad Deum oratione, qui in neceſſarijs ad ſalutem non deeſt. Nunquam enim Deus mundum ſine aliquibus iuſtis reliquit: Sed ſemper aliquos, qui non ſolum in ſe, ſed & in alijs fidem eius ſuis inſtructionibus, & exemplis conſeruarent, & ſic nulli licet pertinaciter adherere alicui contrario veritatis Sacrę Scripturę, ſed catholicis, & iuſtis credere, & aſſentire. *Solutio.*

Sed cum in Baptiſmo, ad quod ſuſcipiēdum omnes ſalutem volentes in noua lege tenentur credere, tam maiores, quam minores. Quomodo à te concluſum eſt Frater Proſper in precedentibus, ad plura teneri maiores quàm minores? *5. Diff.*

Quoniam ſicut minores non tenentur omnes explicite credere ergo nec maiores, ſequeretur enim ſecundos, ad plura obligari, quā primos; niſi eſſet quod hoc, non eſt ratione Baptiſmi, ſed ratione offitij: Quoniam curam Animarū ſuſceperunt, & quia in gradu ſunt altiori obligarunt ſe ad alios illuminandos, & ad veritatem Scripturę capiendam, & Articulos explicite ſcire, vt quibus pręſunt, docere valeant. *Solutio.*

Quid autem dicendum ſit de nutrito in Heremo, quem nullus docuit, nec prędicantem audiuit. *6. Dub.*

Dicitur quòd tali facienti, quod in ſe eſt, iuxta rationis naturalis dictamen Deus, vel per ſe, vel per Angelum, vel per Hominem talem illuminaret. *Not.*

Not. Concludamus igitur in quolibet ſtatu, fuiſſe neceſſarium hominem viatorem habere aliquem actum explicitum Articulorum Fidei, & implicite integrum, quam niſi quiſq; in hoc ſtatu reſpectu ſtatus Patriç, in qua non reperitur, integram, inuiolatamq; ſeruauerit abſq; dubbio Teſt: S. Athanaſio in æternum peribit.

Not. Documentũ. Diſcite infidelitatem vitare, integrè credere, docentes catholicè audire, & obedire, non præcipientes vobis aliquod, quod ſit contra Deum, animam, & proximum, ac regulam Chriſtianæ viuendi; nam in talibus non eſt obediendum, iuxta illud ſine cauſa colunt me, docentes prçcepta, & mandata hominum. Sed iuſtè, religioſe, & catholicè viuere, præpoſitis veſtris obedire; peccata vitare, Deo ſeruire, & quod bonum eſt perſeueranter facere, vt Deo vero debitum honorem reddamus, & propriam ſalutẽ ſemper quæramus. Amen.

## LECTIO QVINTA.

***Fides autem Catholica, hæc eſt, &c.***

SAnctus Athanaſius in ſuperioribus oſtendit, Fidei neceſſitudinem homini ſalutẽ volenti. Quicunq; vult ſaluus eſſe ante omnia opus eſt, vt teneat Catholicam Fidem. Nunc oſtendit quid ſit iſta Fides, dicens Fides autem Catholica hęc eſt, vt vnum Deum in Trinitate, & Trinitatem, in vnitate veneremur. In quibus verbis apertè docemur, neceſſarium eſſe confiteri, & credere Trinitatem Perſonarum, & vnitatem eſſentiæ,

ac Deum

Digitized by Google

ac Deum eſſe; ſi quis autem vult eſſe perfectus Chriſtianus, non ſufficit credere Deum eſſe, vti Fides Catholica confitetur, Sacra Scriptura docet, Sancti clamant, Creaturę teſtantur. Sed in Deum credere. Quare aduertendum à vobis eſt, vt dicit Magiſter, quod plurimum refert, credere Deo, Deum, & in Deum. Nam credere Deum, eſt credere ipſum eſſe, quod omnes gentes confitentur: Nulla enim natio fuit aliquandò tam iniqua, quæ aliquem eſſe Deum, non fuerit confeſſa, licet hoc errando aliquandò fecerit, vt patet de Idolatris; de quibus homo ille, qui ſecundum cor Dei dictus eſt, ſimiles illis fiant, qui faciũt ea, & omnes, qui confidunt in eis. Oculos enim habebant, & non videbant, Aures, & non audiebant, Manus, & non palpabant, Pedes, & non ambulabant. *Not.*

Nec paulo ante dicto repugnat, quod dicit Propheta Dauid: Dixit Inſipiens in corde ſuo non eſt Deus. Quoniam auctoritas ſecùm ſolutionem affert. Propoſitionem enim tam falſam pronunciauit, quod non fuit auſus illam publicare; ſed dixit in corde ſuo. Credere Deo, eſt credere verbis eius: Quoniam mentiri non poteſt, & vera oportet eſſe quęcunq; locutus eſt, & ſingula à nobis adimplenda, agere agenda, & fugere fugienda ſicq; nobis clementer, & benigne promiſit conſequi, quod deſideramus. Ipſo dicente, ſi vis ad vitam ingredi, ſerua mandata, & caue peccata. *Not.*

Duo autem ſuperius aſſerta bonis, & malis ſe- *Not.*



Digitized by Google

cundum Doctores, & pręcipue ſententiarum Magiſtrũ dicuntur eſſe communia. Dęmones enim in malo poſt ipſarum lapſum confirmati credunt. Iuxta illud, Dęmones credunt, & contremiſcunt; quorum Fides mortua eſt, cum ſit abſq; gratia, & bonum operari nequeant.

*Not.* Credere in Deum, eſt vltra duos modos ſuperius poſitos, in eum ire, ac membris eius incorporari, quod bonorum eſt, atq; piorum.

Vnitas Diuinę eſſentię ex pluribus Sacrę Scripturę locis apertè habetur, & Trinitas Perſonarũ Deut. trigeſimo ſecundo, videte quod ego ſolus ſim Deus, & non ſit alius præter me, & alibi Audi Iſrael mandata Dei, quia Deus tuus, vnus eſt; Et in Articulis Fidei, Credo in Deum; & Conciliũ Nicęnum Credo in vnum Deum. Et Boetius, ſi dici poteſt, vniſsimus eſt. Et Geneſis primo, Faciamus Hominem ad immaginem, & ſimilitudinem noſtram. Et in Pſalmo Benedicat nos Deus, Deus noſter, Benedicat nos Deus, & metuant eum omnes fines terrę. Et Propheta Ieremias A. A. A. Domine Deus neſcio loqui: Et Diuus Paulus ex ipſo, per ipſum, & in ipſo; Ipſi honor, & gloria. Et Sanctus Ioannes tres ſunt, qui teſtimonium dat in Cœlo, Pater, Verbum, & Spiritus Sanctus, & hy tres vnum ſunt, & Sanctus Doctor Athanaſius. Fides autem Catholica hęc eſt, vt vnum Deum in trinitate, & trinitatem in

*Not.* vnitate veneremur. Vna enim, & eadem adoratio debetur eſſentiæ, tribus perſonis, & omnibus, quę ſunt

in Deo.

in Deo. Cum omnia in ipſo ſint realiter eadem.

At quoniam in vna ſuperiorum auctoritatum mentio facta eſt, huiuſmodi locutionem prætermittere nolui, ex ipſo, per ipſum, & cum ipſo, ſed clarius illa explicare, quod hæc propoſitio (ex) dicit auctoritatem, & eſſe à nullo.

Quapropter patri conuenit, qui eſt à nullo ſecundum illud Sancti Athanaſij. Pater à nullo eſt factus, nec creatus, nec genitus, ſed eſt à ſe, & principium, ſine principio durationis, & originis. *Not.*

Sed hæc propoſitio (per) notat operationem, & ab alio eſſe, & ſic conuenit Filio, qui eſt à ſolo Patre ęternaliter genitus, Teſte D. Athanaſio. Filius à Patre ſolo eſt, non factus, nec creatus, ſed genitus. Et principium de principio, non duratione, quia ęternus eſt, ſed originatiuum Deum de Deo Teſtimonio Concilij Nicęni lumen de lumine, Deum verum de Deo vero. *Not.*

Hæc autem propoſitio (in) notat conſubſtantialitatem, & eſſe ab aliis. propterea Spiritui Sancto conuenit, dicente D. Athanaſio: Spiritus Sanctus à Patre, & Filio, non factus, nec creatus, nec genitus, ſed procedens: & idem affirmat Symbolum Patrum dicens, qui ex Patre Filioq; procedit.

Quæ veritas de Trinitate Perſonarũ, & vnitate ęſſentiæ, non ſolum auctoritatibus, ſed & figuris comprobari poteſt. Et prima eſt illa Abraam: quando, vt legitur in Geneſi exiſtentis in Valle Mambrę. Tres vidit, & vnum adorauit. Alia in Scala Iacob, quæ vna erat, &

tres

tres gradus habebat, & multis alijs, quas cauſa breuitatis omittò.

*Not.* Ad quam veritatem probandam poſſent, & rationes adduci, quia ſummum bonum, vt Deus eſt, eſt ſui maxime communicatiuum. Si igitur non communicauit generando, & ſpirando, aut quia impotens, aut quia inuidus, vel quia inſcius: quorum neutrum debent Chriſtiani confiteri: ſed bonum, Omnipotentem, & Sapientem, cui nulla deeſt perfectio. Immò ſummè bonus, ſummè ſapiens, & ſummè potens eſt: non accidentaliter, ſed ſubſtantialiter, quæ perſonarum trinitas non aufert à Deo, nec vnitatem, nec ſimplicitatem, nec æternitatem, nec immenſitatem, & breuiter nullam perfectionem: Et ideo in ſequentibus dicit Sanctus Athanaſius, æternus, immenſus, omnipotens Deus, Dominus, &c.

*1. Dub.* Verùm ex dictis pulchra poſſet oriri conſideratio, quia ad fidelium conſolationem rationem adduximus. Trinitatem Perſonarum conprobantem, quæ eſt Articulus Fidei, an ratio inducta ad ea, quæ ſunt Fidei, Fidei meritum diminuat.

*Solutio.* Dicit S. Thomas, quod talis ratio poteſt ad voluntatem ipſius credentis, dupliciter ſe habere, vno modo antecedenter, quia non crederet, niſi per talem rationem induceretur, vel conſequenter, quia promptam habet volũtatem credendi, ſine huiuſmodi ratione nihilominus propter Chriſtianam exercitationem excogitat, ſi quas tales rationes reperiat: & talis ratio

non

Digitized by Google

non tollit meritum, neq; diminuit, ſed potius auget, quemadmodum fecerunt Sancti, rationes adducentes ad confirmanda ea, quæ ſunt Fidei propter fidelium conſolationem. *Nota.*

Quapropter dicunt aliqui, ita intelligenda fore verba populi Samaritanę dicta: iam non propter loquelam tuam credimus .i. propter tuas rationes. Verum quia S. Athanaſius dicit, vt vnum Deum in trinitate, & trinitatem in vnitate veneremur.

Quærentem audio ſi in Diuinis ſit prorie numerus. *2. Dub.*

Reſpondet Scotus, quod ſiue numerus ſit ens in anima, vel extra animam in Diuinis non eſt propriè numerus: quia vt ſic importat diſtinctionem numeratorum in eſſentia, quæ in Diuinis nequaquam ponitur cum omnia ſint vnum radicaliter, & fundamentaliter. Vbi nulla propriè ponenda eſt diuiſio, quæ materiam inſequitur, & in Diuinis non reperitur. Sed diſtinctio, & impropriè eſt numerus quemadmodum exponendæ ſunt omnes auctoritates; ibi numerum ponentes. *Solutio.* *Nota.*

Vt autē ſciatis de quo Deo ſermonem faciat. cum dicit. Vt vnum Deum in trinitate, & triuitatem in vnitate veneremur. Aduertendum eſt hunc terminum. Deum. in Sacris litteris multifariam accipi; naturaliter. In Principio Creauit Deus Cęlum, & Terram, Adoptiue. Ego dixi, Dij eſtis, & Filij excelſi omnes. Illos Deos dixit, ad quos ſermo Dei factus eſt. Nuncupatiuè vt Idola, omnes Dij gentium Dęmonia. Abuſiuè quorum Deus venter eſt. *Not.*



Digitized by Google

Si de Deo naturaliter accepto fiat ſermo, adhuc dupliciter, eſſentialiter; vt ibi in principio creauit Deus Cęlum, & Terrã, & ibi Credo in Deum. Notionaliter, & perſonaliter, Deum de Deo, & ibi, Benedicat nos Deus, Deus noſter.

*Not.* In pręſenti verſiculo D. Athanaſius legitur vtroq; modo, vt vnum Deum, vbi notat vnitatem eſſentiæ. In trinitate in vnitate, & trinitatem veneremur. Ecce duplex acceptio ſuperius tacta, quam fideles firmiter credere, & confiteri tenentur, aliter ſaluari nequeunt: Teſte D. Paulo, ſine Fide impoſſibile eſt placere Deo, & alibi, ſi habueritis tantam Fidem, quantum granum Sinapis diceris huic monti, tolle te hinc, & vade, & ſtatim obediet. Abſq; igitur hęſitatione in Fide vnuſquiſq; credat confiteatur, & adoret vnum Deum in trinitate, & trinitatem in vnitate.

*Docum.* Diſcite contra gentiles vnum Deum credere, multitudinem Deorum adorantes: & trinitatem Perſonarũ contra Hæbreos, eam negantes; vt fideles, & catholici reperiamini in conſpectu Domini Dei veſtri, viui, & veri. cui ſit honor, & gloria per in infinita ſæculorum ſæcula, Amen.

## LECTIO SEXTA.

### *Vt vnum Deum in Trinitate, &c.*

SIcut vnus eſt in eſſentia Deus, & in Perſonis trinus, abſque diſtinctione eſſentię, & Perſonarum vnitate; ita

Digitized by Google

ita Perſonarum Trinitatem, Patrem .ſ. Filium, & Spiritum Sanctum, in vnitate eſſentię, & vnitatem eſſentię in trinitate Perſonarum venerandam eſſe docet Fides Catholica. Teſtimonio Diui Athanaſij, vt vnum Deum in trinitate, & trinitatem in vnitate veneremur. Itaq; non licet tres adorare Deos, ſed vnum, quia vnus Deus, vt Diuus Auguſtinus dicit, eſt Pater Filius, & Spiritus Sanctus, poſſunt tamen Catholicè dici tres, & vnus ſecundum diuerſas rationes, quę Diuinę Perſonę, ſunt vna, & eadem adoratione adorandę, quę communiter à Theologis, & Sanctis Doctoribus Latria appelatur. Quare vt diſtinctius procedamus, & clarior fiat ſermo, aduertendum à vobis eſt ſecundum omnes Theologos triplicem inueniri adorationem, Latriam, ſcilicet, Hyperduliam, & Duliam. Latria eſt ſeruitus cultus, Religio, & adoratio, quæ ſoli Deo debetur, propter dominium generale, quod exercet, & habet ſuper omnes Creaturas; Secundùm illud; attingit à mari vſq; ad mare, & vſq; ad terminos orbis terrarum, & Regius Propheta, Domini eſt terra, & plenitudo eius orbis terrarum, & qui habitant in eo, & iterum, ſi Aſcendero in Cęlum, tu illic es, ſi deſcendero in Infernum, tu illic ades. *Not.* *Not.*

Inſuper Cęlũ, & terrã ego impleo, cui concordat aliud dictum, Cęlum mihi ſedes eſt, terra ſcabellum pedum. Dulia, adoratio eſt, quæ conuenit Sanctis, & Dominis. Hyperdulia autem eſt adoratio media inter Latriam, & Duliam, quę non eſt ita excellens, ſicut *Not.*

primas haud tamen ita infima, ſicut ſecunda. Itaquod Catholice ſentientes illam mediam fore inter duas ſuperius aſſignatas. Quoniam non attingit excellentiam Latriæ, non tamen tam infima eſt, ſicut Dulia. Sed media ponitur inter vtranq; quæ Sanctis debetur habentibus ſpecialem affinitatem cum Christo; quantum ad eius humanitatem, ſicuti Beata Virgo, &c.

In qua, opere Spiritus Sancti Incarnatus eſt Filius Dei, qui ſecundum Concilium Nicęnum propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit de Cęlis, atq; Incarnatus eſt, factus homo, Pauper, Paſſibilis, & mortalis: Non tamen deſijt eſſe, quod erat, & vbi: ſed factus eſt quod non erat, quia homo. Quoniam ſi homo dici ante Incarnationem poterat eminenter, cum Deus in ſe, vtſic, omnes creaturas contineat; non tamen id formaliter dici poterat, antequam carnem verè aſſumeret, & homo fieret, Quod ſecundum Doctrinam D. Pauli in temporum plenitudine fuit factum, vt qui ſub lege erant, per ipſum redimerentur.

*Not.*

Supra dictarum verò adorationum vnaquequę duplex reperitur, interior videlicet, atq; exterior. Prima eſt mentis deuotio, & animi in Deum eleuatio; ſecunda eſt corporis humiliatio, vt ſunt genuflexiones, pectoris tunſiones, proſternationes, quarum prima principalior eſt, propter quam fit ſecunda, & ad quam refertur; quomodò intelliguntur verba Chriſti Samaritanæ dicta, cui difficultati ab ea motę, quando

*Not.* *1. Dub.* *Solutio.*

erat

erat propè Ciuitatem Samariæ, Sicar dictam, ſedens fatigatus ſuper fontem. Veri adoratores adorabunt Deum in ſpiritu, & veritate. Quoniam cultu interiori, & exteriori tenemur Deum adorare, quia ex duabus ſubſtantijs, & partibus ſumus à Deo compoſiti, ſcilicet ex anima, & corpore, & cum ambabus Deum venerari tenemur, contra id quod aſſerunt moderni Hæretici, quod voluit inſinuare Chriſtus, cum dixit. In ſpiritu, & veritate. Quoniam vt ſciunt Peripatetici, veritas propoſitionis conſiſtit in conformitate rei cum ipſa, dicente Ariſtotile, Ab eo quod res eſt, vel non eſt oratio dicitur vera, vel falſa: Quare concludamus adorationem faciendam eſſe actu interiori, & exteriori, vt Deo verè, & complete ſeruiamus cum omnibus, ex quibus conſtituti ſumus, id eſt anima, & corpore, quam veritatem docuit nos apertiſſimè Chriſtus, dum nobiſcum in terris verſaretur: Patrem orando, ſuſpirando, clamando, lachrymando, manibus plicatis gratias Patri agendo, &c.

Sed dices, cum in Deo ſint, & in trinitate, non ſolum eſſentia, ſed perſonæ, relationes, proprietates, attributa, quæ ſunt adoratione iſta adoranda? **2. Dub.**

Reſpondet S. Thomas, quod omnia, quæ ſunt in Deo, vna, & eadem adoratione adorantur, quę Latria nominatur, quia omnia, quę ſunt in Deo, ſunt idem realiter, radicaliter, & fundamentaliter, ſcilicet in Diuina eſſentia, quæ eſt pelagus, & fundamentum, à qua cętera pullulare dicuntur. ***Solut.***



Digitized by Google

Verum quia paulò ante attributorum meminimus, atq; relationum, poſſet quiſpiam veſtrum talium no-
*3. Dub.* titiam exoptans meritò quęrere. Quid ſit attributum, & quot relationum genera.

*Solutio.* Cui difficultati ſatisfaciens dico attributum poſſe biffariam ſumi, ſcilicet cõmuniter, & proprie, & ſub primo eſt quodcunq; Deo attribuitur, ſiue ſit præ-
*Not.* dicatum quiditatiuum, vt ſpiritus, ſubſtantia, Ens: vel qualitatiuum loquendo de prædicato qualitatiuo, vt in Diuinis poni poteſt, non vt accidens eſt, cum ibi nullum ſit accidens, neque compoſitio, ſed vt diſtinguitur contra prædicatum quiditatiuum, vt ſunt Sapientia, Bonitas, Iuſtitia, Clementia, &c.

Proprie verò eſt perfectio ſecundaria ex creaturis accepta, ac ipſi Deo attributa per viam remotionis, & eminentiæ, vt auferendo accidentalitatem, finitudinem, limitationem, quæ omnia important imperfectionem, & in ſummo, vt ſumma ſapientia, ſumma bonitas, ſumma ſcientia, ſumma perfectio, &c.

*Not.* Relationum verò, quædam ſunt communes conuenientes omnibus perſonis, vt identitas, æqualitas, & ſimilitudo. Aliæ ſunt proprie, quæ vni perſonæ tantum conueniunt, vt ſpiratio, Paternitas, Filiatio, & in Diuinis eſt duplex, Paſſiua, quæ eſt in Spiritu Sancto
*Not.* tantum, & Actiua in Patre, & Filio. Paſſiua dicitur in Spiritu Sancto, quia ipſe ſpiratur, Actiua verò in Patre, & Filio, quia ipſi ſpirant Spiritum Sanctum.

*4. Dub.* Querenti verò, ſi Spiritus Sanctus poſſit dici aliquo

modo

Digitized by Google

modo actiue ſpirare. Affirmatiue poteſt reſponderi, *Solutio.* non ad intra, quia tunc eſſent quattuor perſonæ, ſed ad extra: Reſpectu cuius trium perſonarum vna eſt operatio; Quidquid enim ad extra operatur Pater, operatur Filius, & Spiritus Sanctus, & quiquid Filius, Spiritus Sanctus, & Pater. Quoniam ſi creat Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus, ſi prædeſtinat Filius, & Pater, & Spiritus Sanctus, ſi vocat Spiritus Sanctus, & Pater, & Filius, dicente Patre Auguſtino opera Trinitatis ad extra eſſe indiuiſa.

Non ſic fateri oportet de operibus ad intra: quoniam *Not.* vna Perſona operatur, quod non alia, vt patet de generare, ſpirare, quorum conſiderationem, & reſolutionem vobis doctis relinquo. Relactiones verò multis nominibus à Theologis nominantur, ideſt, relationes, Quia ipſis, & non eſſentia Diuinæ Perſonę refe- *Not.* runtur. Notionalia, quia per ipſa Diuinæ Perſonæ noſcuntur. Proprietates, quia vni Perſonæ conueniunt. Diſtinctiua, quia per ipſas Perſonæ diſtinguuntur.

Adoratio autem, vt aliquorum curioſitati occurram, requirit ne determinatum locum? *5. Dub.*

Dicit S. Thomas in adoratione principalem eſſe interiorem, quæ eſt, vt ſuperius dictum fuit, in Deum *Solutio.* mentis deuotio. Secundariam verò exteriorem, exterius pertinentem ad corporalia ſigna, mens autem interius apprehendit Deum non comprehenſum aliquo loco, & hæc de neceſſitate non requirit corporalem locum.

locum. Corporalia verò ſigna fiunt in loco corporali, & iſta requirunt determinatum locum, vt dicit, qui ſupra, ſecundum quandam decentiam. Conuenit enim, vt vitium vnuſquiſq; Hypocriſis caueat, & crimen Hæreſis fugiat, vt in plateis, & palàm genua flectat, pectus percutiat, &c. Nec talia coram Dęmonum immagine, ſeu Idolorum fiant: Tunc enim quis Hypocrita appareret, qui, quid boni facit, vt ab hominibus tantum videatur. De ſecundo, exempla multa leguntur de Sanctis, qui potius mori voluerunt, quam Idola reuereri, honorare, & adorare. Et ideo determinatio

*Nota.* loci non requiritur principaliter, & de neceſſitate, ſed ſecundum quandam decentiam, & congruentiam.

Audio ex dictis dicentem. cum Deus ſit vbiq; ſi aſcendero in Cœlum tu illic es, &c.

*6. Dub.* Cur requiritur determinatus locus ſecundum decentiam, & congruentiam ipſum adorandi?

*Solutio.* Reſpondet S. Thomas, quod non requiritur propter Deum, qui adoratur, quaſi loco comprehendatur, & conmeſuretur, qui nullo loco circumſcribitur, cum

*Not.* immenſus ſit, & infinitus, ſed propter ipſos adorantes, propter loci conſecrationem, ex qua concipiunt adorantes ſpiritualem deuotionem, vt magis exaudiantur, vt patet de Salamone, tertij Regum, Cap. 8.

Secundo propter Sacra Myſteria, & alia Sanctitatis ſigna, quæ ibi continentur. Tertio propter concurſum multorum adorantium, ex quo fit oratio magis exaudibilis, iuxta illud Chriſti. Vbi fuerint duo, vel

tres

Digitized by Google

tres congregati in nomine meo, ibi in medio eorum ſum ego. Et iterum, quamcunq; rem petieritis Patrem in nomine meo, fiet vobis. Quod ſi debitis fiat circunſtantijs, verificantur Verba Saluatoris. Petite, & accipietis: Si autem non accipimus, hoc eſt, quia non conuenientia petimus, vel debitis conditionibus, Quam adorationem ſi volumus perfecte facere, mente, & corpore, id debemus agere, vt nos, & noſtra, intellectum, voluntatem, corda, ſenſus, corpus, & animam, captiuemus in obſequium Dei. *Not.*

Qui cum Dominus ſit omnium, ab omnibus debet ſuprema adoratione venerari, & hæc Latria à Chriſtianis eſt appellata, & id perfecte agamus, qui ſemper orandus eſt, vt cuſtodiat corda, corpora, & intelligentias noſtras, in ſeruitute ſua, cui ſeruire, regnare eſt perpetuum. Amen. *Documentũ.*

## LECTIO SEPTIMA.

### *De Adoratione: proſecutio.*

CVm iam multa ſint de adoratione dicta, & multa dicenda, & cum rei cognitio vera, diſtincta, & clara ex diffinitione pendeat. Quid ipſa ſit prætereundum minimè duco, Et ideo quæ in tali materia docet S. Thomas adducenda exiſtimo, qui ait. Adoratio eſt exibitio reuerentię alicui rei, propter eius excellentiam: & quia adorare Deum, vt dicit qui ſupra, eſt de iure naturæ, quia eſt principium, & Auctor creationis, *Not.*

tionis, conſeruationis, gubernationis, &c. Primum apparet Geneſis primo. In principio Creauit Deus Cęlum, & Terram. Et Eccleſiaſtici quarto. Vnus eſt Altiſſimus qui creauit omnia. Secundum patet in Pſalmo. Aperiente te manum tuam, omnia implebuntur vbertate. Auertente autem te faciem tuam, omnia turbabuntur. Tertium ex his; Veſtri Capilli capitis omnes numerati ſunt, & alibi. ſi Deus paſcit volucres Cœli, quantò magis vos modicę Fidei? Quęrite ergò primum Regnum Dei, & iuſtitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis.

*Not.* Tenetur ergò quilibet homo de præcepto deputare aliquod tempus vitæ ſuæ ad vacandum diuinis. Quod autē hoc, vel illud faciat, vel hoc tēpore vel alio eſt ex inſtitutione legis diuinæ, vel humanæ. contra quod præceptum nulla conſuetudo introduci poteſt. Hinc factum eſt vt multa de præcepto cęlebrarentur in veteri lege, vt Sabbatū, Nehomenia, Scerofegia, &c. & quam plura in noua lege, veluti feſtiuitates Chriſti, Deiparæ Virginis, Apoſtolorum, Euangeliſtarum, Confeſſorum, Martyrum, Virginum, Viduarum, &c. Sed ex dictis oritur difficultas. cum vnus ſit adorandus Deus, & adoratione Latria interiori, & exteriori ſecun-

1\. *Dub.* dum quandam decentiam: non autem de neceſſitate, nec propter ipſum Deum, ſed propter adorantes, ſit adorandus in loco conſecrato; videlicet in Eccleſia propter iam aſſignatas rationes.

2\. *Dub.* Cur nos adoramus verſus Orientem? Cum Iudei ado-

adorarent verſus Occidentem, & omnia in figura contingebant illis, & alibi legitur, lex itaq; Pedagogus noſter fuit in Chriſto, ſuper prima auctoritate poſſet magna fieri digreſſio pro illius verificatione, quam vobis ſapientibus in preſenti committo. Dicit Sanctus Thomas hoc non eſſe de neceſſitate, vt verſus Orientem adoremus, ſed ob quandam decentiam, propter multa. Primo propter Diuinæ Maieſtatis iudicium, quæ primo mane ab Oriente manifeſtantur, ex motu ipſius Cęli, quia inde incipit moueri. Propter Paradiſum, qui ſecundum litteram ad Orientem eſt conſtitutus, quaſi ad illum locum redire cupiamus. Tum propter Chriſtum, qui eſt Lux Mundi, Ioannis primo. Erat Lux vera, quæ illuminant hunc Mundum, & Chriſtus ex ore proprio. Ego ſum Lux Mundi, qui ſequitur me, non ambulat in tenebris. *Solutio.*

Qui Oriens interpretatur. Qui aſcendit ſuper Cęlum Cęli ad Orientem, & etiam ab Oriente ad iudicium expectatur. Iuxta illud S. Matthei ſicut fulgur exit ab Oriente, & patet vſq; in Occidentem. Ita erit aduentus filij hominis. *Not.*

Item cur potius Iudei adorabant ad Occidentem. *3. Dub.*

Reſpondet S. Thomas, hoc introductum fuiſſe in veteri lege ad excludendos errores. Nam Gentiles adorabant ab Ortu Solis. Quare inſtitutum fuit, ne etiam Iudei errarent, vt tabernaculum haberent Sancta Sanctorum ad Occidentem, & etiam verſus Occidentem adorarent, ratio etiam figuralis poſſet eſſe talis, ex quo *Solutio.*

omnia in figura contingebant illis, vt in ſuperioribus Sanctorum auctoritatibus demonſtratum eſt. Quia totus ſtatus prioris tabernaculi inſtitutus fuit, & ordinatus ad ſignificandam Chriſti mortem. Figuratam per Occaſum, ſecundum illud Pſalmi. Qui aſcendit ſuper Occaſum Dominus nomen illi.

*4. Dub.* Nec prætereundum eſt declarare, ſi creatura aliqua adorari poſſit: Cum ſcriptum ſit. Soli Deo Honor, & Gloria.

*Solutio.* Dicit qui ſupra, quod minimè Latria, quæ ob eius Deitatem ſoli Deo debetur, & eſt Virtus Cardinalis, quæ ad iuſtitiam reducitur, de qua Sermonem facit Apoſtolus in alegata auctoritate: Sed benè poſſunt adorari Dulia: & ſi excellentes ſint, Hyperdulia.

*Not.* Deo etiam ſecundum Sanctum Thomam poteſt dari Dulia propter dominium, quo omnes gubernat creaturas: At propter Deitatem ſecundum omnes Theologos, Latria debetur.

Sed ſi creaturę, Dulia adorari poſſunt, vt iam fuit concluſum, qua, & Angeli cum creaturę ſint, adorari

*5. Dub.* queant. Cur vt legitur in Apocalipſi, Angelus prohibuit Ioannem Euangeliſtam ipſum adorare?

*Solut.* Dicitur quia Ioannes multis Angelis præſtantior in Sanctitate erat. Homines enim ſecundum aliquos ad Angelorum ordines aſſummuntur, Alij ad ordinem Angelorum, Alij Arcangelorum, Alij Principatuum, Alij Tronum, &c. Secundo ne ſic ab aliquibus imperitis, qua adoratione eſſent Angeli ado-

randi

tandi ad Idolatriam deueniretur. Tertio propter exaltationem Naturę Humanę per mortem Chriſti. Pares enim ſumus, & Angelorum conciues. Eritis ſicut Angili Dei. Non tamen ſequitur ex dictis, Ioannem Angelum non adoraſſe Dulia, ſibi vt ſuperius notum eſt conueniente, haud tamen Latria. *Not.*

Nec vobis mirum ſit, quoniam Catholica eſt locutio Angelos aliquando fuiſſe ab hominibus Latria adoratos, & licite, atq; abſq; peccato factum fuiſſe. *6. Dub.*

Quia & ſi in propria natura huiuſmodi adoratio ipſis exhiberi nequeat, niſi cum Idolatria? bene tamen poteſt eis licitè exhiberi, quando Deum repreſentant, veluti in pluribus Scripturę locis diſcurendo, & legendo apparebit. Cum qua diſtinctione bene percepta, applicataq; omnes difficultates, è medio tollentur. Dicentes enim Angelum Dulia ſolum eſſe adorandum, intelligende ſunt in propria natura: Cum autem Latria, vt Deum repręſentantem. *Solutio.*

Quapropter Theologi Latriam adorationem diffinientes concorditer dicunt. Latria eſt cultus ſoli Deo debitus, & exhibitus, in qua diffinitione ſecundum Doctores multa tanguntur. Verùm hoc in primis mihi conſiderandum occurrit; cum Princeps Peripateticorum apertè doceat, vnius rei, vnicam eſſe dandam diffinitionem, ipſo dicente, quod vnius rei, vnica eſt diffinitio. *Not.* *7. Dub.*

**Quomodo ſaluari poſſit præſens Doctrina? Cum iam adorationis, vt videre eſt in hac lectione, duę datę**



Digitized by Google

ſint diffinitiones, vna in principio iſtius Lectionis; altera verò quaſi inmediatè. Quomodo id conciliari poſſint, in vna enim videlicet in prima, ita dictum eſt, quod Adoratio eſt exhibitio reuerentię, &c. In ſecunda autem, quod eſt cultus, vel honor ſoli Deo, &c.

*Solutio.* Difficultas quidem notabilis, & reſolutio ſcitu digna. Dicunt enim Ariſtotilis interpretes. Quod vnius, & eiuſdem rei, poſſunt eſſe plures diffinitiones, ſi diuerſimodè contemplentur, vt apparet de Antonio, vt Pater eſt, & Homo. Nam primo modo eſt, qui genuit hominem ſibi in ſpecie ſimilem: ſecundo modo eſt animal rationale, & mortale. Ita in propoſito de diffinitione adorationis. Quoniam diffinitur ſemel, vt hæc, id eſt, vt Latria, vt in ſecunda diffinitione, aliàs in communi, & vt adoratio, veluti in prima.

*Not.* Niſi velimus alteram adducere conciliationem, faciliorem, pulchriorem, & clariorem; Et eſt. Diffinitionem rei bipartitam eſſe, aliam communem, & non conuertibilem; aliam propriam, & conuertibilem, veluti ſi diffiniamus Hominem per ſuum proprium genus, & differentiam, vel pergenus magis commune, & differentiam communem, vt homo eſt animal rationale, & mortale; Vel eſt ſubſtantia animata ſenſibilis, & ita ſermo non eſt nugatorius, nec fallacia committitur nugationis, nec contradictio. Idq; vt legentibus apparebit multoties ab Ariſtotile pleriq; locorum obſeruatum fuit. Ita in propoſito bene applicando dicendum eſt de diffinitionibus adorationum: Nam pri-

Digitized by Google

prima eſt vniuerſalis, & de adoratione generali data: Secunda verò de ſpeciali, & in ſpecie aſſignata: quia ſecundum Ariſtotilem ſolius ſpeciei eſt diffinitio, quod dictum, & ſi in ſe multas importet difficultates, cum in hoc non ſit mea principalis intentio, ſilentio id inuoluendum duco. At ſecunda hic diffinitio quaſi inmediate data de Adoratione in ſpeciali eſt intelligenda, quod ni fallor, (vt non credo) de Latria eſt intelligenda. Prętendis hoc negare? & Ego ita eſſe diffinitionibus probare. Audi prima dictæ diffinitionis verba, & Audies videbiſq; quod non dicitur, vt in prima; Adoratio eſt exhibitio, &c. Sed Latria eſt cultus, qui ſoli Deo debetur, &c.

Ita quod non eadem diffinitio, nec eadem continens, ſed differentia amplectens, & ideo illa communis, iſta propria; iſta de Latria, illa de omni, hæc de hac; & illa de communi. Heccinè percepiſti? & bene intellexiſti? Reſpondes quod ſic, & ego ne tędio vos afficiam, multa nunc narranda breuitatis cauſa dimittò. *Not.*

Deum rogate, vt nos in ſua gratia conſeruet, ac ſpiritum obedientiæ, fortitudinis, intelligentiæ, humilitatis, deuotionis, confidentiæ, reuerentiæ, patientiæ, benignitatis, & verę tribuat adorationis; vt ſibi interius, & exterius digne famalantes, promiſſiones ſuas, quæ omne deſiderium ſuperant, conſequamur. Amen. *Documentū.*

LEC-

Digitized by Google

## LECTIO OCTAVA.

### *De Adoratione, &c.*

SEruitus, Deo debita, quæ Latria appellatur in Græco, licet multa nomina habeat. Primo vocatur Latria, & interpretatur Religio. Secundo dicitur Theoſebia, vel ſecundum alios Thæuſobia, quæ dicitur Diuinus cultus. Tertio dicitur Euſebia, & interpretatur bonus cultus. Pariformiter in Latino, tria nomina habet. Primo vocatur Religio, quam ſic Tullius diffinit. Religio eſt, quæ ſuperiori eiuſdem naturæ datur, quam Diuinum vocant cultum, cęrimoniamq; affert. Chriſtiani autem addere tenentur, quod datur etiam alteri naturæ, & principaliter, quę Diuina vocatur, vt in præterita viſum eſt Lectione. Dicitur ſeruitus loquendo ſimpliciter; quia ſic ſoli Deo debetur. Domino dicente, Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies. In quibus verbis de Latria ſermo habetur. Dicitur Pietas in quantum tendit ad Diuina, & per oppoſitum nominatur impietas, quando talis honor creaturæ datur, & Impius ille, qui contrarium operatur. Nec iſti duo termini ſuperflue ponuntur; nec idem eodem modo ſignificant; Cum vnus ſit abſtractus, vt impietas: Alter verò concretus, vt Impius, Inter quos talis eſt differentia, vt ſciunt huiuſmodi Doctrinam legentes, & conſiderantes. Nam abſtractum tantum formam importat: At concretum

formam, & ſubiectum, vt apparet de albedine, & albo.

At quoniam dicentem audio: cum ſecundum ea, quæ in ſuperioribus ſunt dicta, creaturæ poſſint licite Dulia adorari, &c.

Num hęc reuerentia poſſit Dęmonibus exhiberi? *1. Dub.*

Dicit S. Thomas, quod non; quia ligata eſt in eis aptitudo naturalis ad virtutes, & obſtinati ſunt in peccato. *Solut.*

Idem dicendum eſt ſecundum Sanctum Thomam de damnatis; & de quolibet malo, dum actu peccat, etiam de Prælato malo, actu peccante. Quia tunc eſſet falſum teſtimonium; contra illud. Non dices falſum teſtimonium. Cum enim aliquem veneramur, virtuoſum ipſum teſtamur; ſecus tranſeunte actu peccandi dicendum eſt, vel quando neſcitur, in quo ſtatu ſit, quia non apparet contrarium. Verum tamen eſt quod ratione offitij ſemper ſibi aliquis debetur honor. *Not.* *Not.*

Sed quia Apoſtolus dicit, quod Diabolus transfigurat ſe aliquando in Angelum lucis, ſi alicui in forma Crucifixi appareret, & à tali adoraretur. An talis eſſet dicendus Idolatra? *2. Dub.*

Dicunt Theologi, quod ſi talis ſimpliciter adoret, & abſolute, Idolatra dicendus eſt, nec ignorantia ipſum excuſat, cũ triplex habeat remediũ. Primum eſt Scriptura Sacra, in qua docemur huiuſmodi veritatem. Angelus enim tenebrarum traſfigurat ſe aliquandò in Angelum lucis. Secundum eſt recurrere ad Deum, Oratatione, deuotione, humilitate, & alijs conue- *Solut.*

nientibus medijs, &c. Qui non defficit in neceſſarijs ad ſalutem, & de veritate illuminabitur. Tertium ob rei nouitatem, & inſolitudinem in tali caſu ſuſpendere actum adorationis. Qui enim in talibus facilis eſt ad

*Not.* credendum leuis eſt corde. Quare talia videre, minimè debemus optare, vt patet de aliquibus Sanctis di-

*Not.* centibus ſat eſſe in alia curia Chriſtũ videre. Vel adoret cum conditione, non tamen habituali tantum, quia non ſufficit, nec à peccato excuſatur, propter leuitatem cordis, atq; rei nouitatem, & in ſolitudinem.

Si autem hoc conditione actuali faciat corde, vel ore, non eſt Idolatra. Quia in tali caſu non adoratur apparens, ſed Chriſtus virtute illius conditionis. Cum verò ſecundum omnes Doctores Catholicos Euchariſtia, in qua verè, & realiter continetur totus Chriſtus, Deus, & Homo, Homo perfectus, quia cum Anima, & Corpore, ſub cuius ſpeciebus non amplius eſt panis, ſed quæ dicta ſunt: Licet potentia ſuper naturali, poſt Conſecrationem, & tranſubſtantiationem ſpecies vtriuſq; virtute ſupernaturali abſq; ſubiecto

*3. Dub.* remaneãt. Et ſi eſſet aliquis Sacerdos Hæreticus, (quod Deus auertat) qui non Conſecraret, & tale Sacramentum ſit Latria adoratione adorandum. Populus qui aſtat credens talem Catholicum eſſe, & verè Conſecrare conuenienti adoratione, ſcilicet, Latria adorando. Si Populus ille dicendus eſſet Idolatra. Cum talis ignorantia ſit inuincibilis. Secreta quippè cordis ſoli Deo nota ſunt. Iuxta illud, ſcrutans corda, & renes Deus.

Dicit

Digitized by Google

Dicit S. Thomas quod non, ex conditione non actuali, quaſi neceſſaria requiratur, ſed ex habituali, & hæc ſufficit, propter conſuetudinem facti: quia niſi crederet illam eſſe Conſecratam non adoraret, nec illius Sacerdotis Miſſam audiret. **Solutio.**

Virgo autem Benedicta nunquam Latria adoratione eſt adoranda: Sed Hyperdulia, vt dicunt omnes Theologi, in gradu tamen eminentiori, quam cęteræ puræ creaturæ: Tum quia portauit, & genuit Deum, & hominem; Tum etiã quia citra Chriſtũ, plena fuit omnibus gratijs teſtimonio Sancti Hieronymi; Cæteris præſtatur gratia per partes, Mariæ autem tota ſe infudit plenitudo gratię. Idem prius confirmatum ab Angelo, quando eam in Ciuitate Galileę, quæ dicebatur Nazaret Salutauit. Aue gratia plena Dominus tecum. **Not.**

Et ſi recte intelligeretur, poſſet Catholicę credi, eandem gratię plenitudinem fuiſſe in Virgine, quę in Chriſto; aliter tamen in ipſo, & aliter in illa: Quoniam in Chriſto ratione ſui, & formaliter, cui non fuit datus Spiritus ad menſuram, & de cuius plenitudine omnes accepimus. At in Virgine fuit ratione contenti, quia in Vtero ſuo illum portauit, qui talem habuit. Et etiam fuit ſuper Choros Angelorum exaltata, canente S. Eccleſia. Exaltata eſt ſuper Choros Angelorum Sancta Dei Genitrix. Idq; ſpeciali lege factum eſt, cum homines aſſumendi ſint ad ordines Angelorum ſecundum magnitudinem meritorum, vt aliqui tenent, & docent. Quomodo ergo ipſa ſuper Choros. **Not.** **Not.** **4. Dub.**

**Solut.** Niſi dicamus locutionem illam intelligendam eſſe de lege communi, vt de multis alijs in Sacra Scriptura legitur: hoc autem, ideſt Virginem ſuper Choros exaltatam de lege ſpeciali. Et redeuntes poſt ſupra di-ctam digreſſionem (vnde exijt ſermo) firmiter predi-

**Not.** camus, Ipſam nunquam Latria adorandam eſſe; Cum non ſit ſummum bonum, vt Deus eſt, cuius ſumma bonitate, ſumus, viuimus, mouemur, diſcurrimus, intelligimus, &c. Omnia nobis poſſibilia facimus. Quia niſi in omnibus actionibus, & operationibus nobiſcum cooperaretur Deus, nihil omnino agere poſſemus: Cum ipſius virtute loquamur, diſcurramus, operemur, &c. Et ſine ipſo nihil valeamus iuxta illud D. Pauli. Omnia poſſum in eo, qui me confortat.

**5. Dub.** Cum autem Latria honor ſit, qui ſoli Deo debetur: an pro ſemper obliget?

**Solut.** Reſpondetur, quod cum præceptum ſit affirmatiuũ, nequaquam. Hæc enim differentia eſt inter præcepta affirmatiua, & negatiua. Nam negatiua obligant pro ſemper, & ad ſemper; vt non habebis Deos alienos coram me. Non aſſummens nomen Dei in vanum. Non furtum facies. Non Mechaberis. Non dices falſum teſtimonium, &c. Affirmatiua autem, ad ſemper, pro loco, & tempore: ſed non pro ſemper. Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies. Memento, vt diem Sabbati Sanctifices. Honora Patrem tuum, & Matrem tuam, vt ſis longęus ſuper terram.

**Not.** Quilibet tamen Adultus tenetur deputare aliquod tempus

Digitized by Google

tempus vitæ ſuæ ad Diuinum cultum exercendum, vt in Lege Euangelica, ad minus in die Dominico, quod oblatione Sacri Myſterij determinatur, ideſt Corporis Chriſti, aut offerendo, aut audiendo, niſi licita cauſa excuſetur; tenetur tamen ad aliquam ſpecialem recompenſationem. *Not.*

Verum dicentem audio: Miror quidem, & valde admiror, quare, Virgo Benedicta, quę Deum genuit, in vtero portauit, ipſum lactauit, ac alia multa fecit; adoratione Latria nequaquam adoretur? Cum omnibus Fidelibus notum ſit, Crucem, Lanceam, Spongiam, Clauos, & ſimilia à Chriſtianis adorari adoratione Latria. *6. Dub.*

Reſpondet S. Thomas, quia Crux, & cętera inſtrumenta dicta, ſi in ſe conſiderentur, non ſunt cappacia venerationis, ideſt, vt lignum, Aurum, Argentum, Metallum, Stannum, &c. Sed bene, vt inmagines, & res Chriſti: At Virgo ſecundum ſe eſt venerationis capax. Quare non eſt ſimilis ratio hic, & ibi: Quia Virgo eſt Creatura rationalis, honoris capax. Et ideo ſecundum ſe, & non vt imago venerari, & honorari debet. Inſtrumenta verò, vt imagines, & reprę ſentatiua venerari debemus. Quamobrem, & ſi Bos, & Aſinus ad Præſepe, vt eis licuit Chriſto ſeruierint, ipſumq; ſicut Deum cognouerint, dicente Iſaia. Cognouit Bos poſſeſorem ſuum, & Aſinus Præſepe Domini ſui. Conquerens dicebat Deus viuus, & verus, Iſrael autem tanquam ingratus non cognouit me. Non tamen *Solut.*

dictę creaturæ ſunt aliqua adoratione adorandę, cum irrationales ſint, & anima intellectiua carentes, quibus intellectum, & rationem habentibus adoratio exhibetur: nec Chriſti veri Dei, & hominis repręſentatiua dicuntur: Quapropter nec inter reliquias à Sancta Eccleſia reponuntur, de quibus poſſent, & multa ſecundum Chriſtianam Doctrinam recenſeri, quæ, vt breuitati attendamus, derelinquo, & ad Documentum deuenio:

*Docum.* Suadens vnumquemq; hortans, & exhortans, vt ipſam honore debito veneremur, & adoremus, vt ſuis orationibus, & intercesſionibus ſpiritum bene cogitandi, loquendi, & operandi nobis à ſuo Vnigenito Filio obtineat, & in alia vitam habeamus ęternam, Amen.

## LECTIO NONA.

### *De Adoratione Imaginum, & Inſtrumentorum Paſſionis Chriſti.*

CVm tantus honor Virgini Glorioſæ debeatur, quia portauit Chriſtum in Vtero ſuo, Deum, & hominem; Deum æternaliter à ſolo Patre de ſua ſubſtantia genitum, ſibi coęqualē, & conſubſtantialem: hominem in tempore de Virgine natum, & virtute Spiritus Sancti de Puriſſimis Sanguinibus eius Conceptum, vt non ſolum Dulia adorari poſſit, ſed Hyperdulia debeat, vt habens affinitatem ad Chriſtum, quan-

quantum ad humanitatem. Ecce Mater tua, & fratres tui, ſtant foris quęrentes te. Caro Chriſti, & eius humanitas, quę à verbo nunquam fuit dimiſſa, quod intelligendum eſt, quantum ad partes principales, & eſſentiales. Dicente Patre Damaſceno. Quod verbum ſemel aſſumpſit, nunquam dimiſit. Per quam vti per cauſam meritoriam ſumus Deo reconciliati, repacificati, a malo erepti, redempti, liberati. Primum confirmatur per dictũ Diui Pauli. Reconciliati ſumus Deo per mortem Filij eius Secundum per illa verba. Ipſe eſt pax noſtra, qui fecit vtraq; vnum. Tertium Qui eripuit nos de poteſtate tenebrarum, & tranſtulit in Regnum, & c. Quartum non corruptibilibus auro, & argento, ſed præcioſo Sanguine Domini Noſtri Ieſu Chriſti. Quintum liberati, non amplius ſumus ancillæ filij, ſed liberę, qua libertate, Chriſtus nos liberauit. Caro autem Chriſti, qua adoratione adoranda eſt? *Not.* *1. Dub.*

Reſpondet S. Thomas aliquid dupliciter honorari; vno modo propter ſe ipſum, & ſic ſolum adoratur ſuppoſitum rationalis creaturæ, cuius eſt agere actus virtutis, cui debetur honor. Alio modo aliquid adoratur, & veneratur propter id cuius eſt, ſicut manus Regis, vel eius veſtis, honoratur, vno, & eodem honore, quo Rex; Cum ergo in Chriſto non ſit ſuppoſitum, nec Perſona creata, quia Hæreticum eſt dicere, Verbum aſſumpſiſſe Perſonam humanam; Sed naturam humanam. Quapropter. Fides noſtra Catholica firmiter confitetur in Chriſto tantum eſſe vnam Perſo- *Solut.* *Not.*

nam,

nam, ſcilicet Filij Dei, & duas naturas; Humanam, videlicet, & Diuinam, quæ ſubſiſtunt in Perſona Verbi. Cui Hipoſtaticè, humana natura in tempore fuit vnita, haud improprio ſuppoſito. Quoniam tunc duę eſſent
*Not.* in Chriſto Perſonę, duo dicendi eſſent Chriſti, & non vnus, contra dictum Athanaſij. Non duo tamen, ſed vnus eſt Chriſtus. Quamobrem concludens S. Thomas dicit Naturam Humanam in Chriſto, potius eſſe adorandum adoratione Latria, quam Hyperdulia. Quia propriè Verbum eſt quod adoratur. Reſolute ſi in ſe conſideretur, & ſecundum ſe, & vt poteſt eſſe di-
*Not.* miſſa, vel ſeparata, quod tantum fit intellectu: Non Latria, ſed Hyperdulia, & maiori; Vel ſecundum D. Thomam. Dulia excellentiori. Si autem vt vnita Verbo, a quo nunquam fuit realiter ſeparata, ſic Latria. Quod ſemel Verbum aſſumpſit nūquam dimiſit. Dicit Pater Damaſcenus, Idq; ſecundum Subtiles intelligendum eſt de partibus principalibus, & eſſentialibus, videlicet de Anima, & Corpore, quæ nunquam fuerunt à Verbo dimiſſę: Non autem de toto, cum ſecundum Subtiles tertia Entitas reſultans ex vnione partium in triduo mortis eſſe deſierit. Nec etiam de partibus minus principalibus, vt de capillis, vnguibus, &c. Quia Teſte S. Thoma, vt dicit S. Athanaſius, Sicut anima rationalis, & caro vnus eſt homo, ita Deus, & homo, vnus eſt Chriſtus. Sed vna eſt veneratio animę, & carnis. ita vna adoratio Dei, & hominis, vt ſunt in Perſona Verbi vnita.

Nec

Nec obſtat illud Gloſæ ſuper Pſalmo. Adorate ſcabellum pedum eius. Vbi dicit, quod caro Chriſti Non eſt adoranda adoratione Latria, quæ ſoli Deo debetur, quia non eſt ſummum bonum, vt Deus. *2. Dub.*

Dicit enim S. Thomas: Gloſam loqui de carne Chriſti per ſe conſiderata, & ſecundum ſe, ac ſeorſum ſumpta: Non autem de ea, vt eſt Verbo hippoſtatice vnita. *Solut.*

Verum notabilis iudicio meo contingit difficultas, videlicet: ſi Chriſti humanitas addat aliquam rationem adorabilitatis diuinitati, & maximè ſuppoſita Redemptione, Paſſione, Liberatione, &c. Et ſi ad maius ſibi teneamur, quam ſi ſolum ab eo conditi, facti, & creati eſſemus. *3. Dub.*

Reſpondetur, quod quamuis Doctor Subtilis geminam ponat viam, & nullam determinet. Verior tamen eſt prima, dicens, quod tota ratio adorabilitatis venit ex per ſe ratione Deitatis. Vnde obligatur, ità ſolum creatus à Deo, quantum, ſcilicet ad Latriam, ſicut Redemptus, Iuſtificatus, Exaltatus, & Saluatus: Quamuis plures cauſas habeat, & propter plura teneatur, Creatus, Iuſtificatus, & Saluatus, quàm Creatus tantum, & Exemplificat. *Solutio.*

Nam aliquis vouens in aliqua Religione tenetur ſeruare Votum Caſtitatis. Si autem ſuſcipiat Sacros Ordines tenetur ad idem, & non plus, niſi ad Vota Religionis, Secundum ſtrictam obligationem. Sed tenetur ad idem propter plura. Quia prius tenebatur tantum ex Voto, nunc autem ex dicto, & vltra ex ſuſceptio- *Not.*

ſceptione Sacri Ordinis. Quamobrem Iure aliquis du-
**4. Dub.** bitare poſſet. Eſt, quis, qui ex Voto Sexta Feria Ieiunare tenetur: Et iterum propter Pœnitentiam ſibi à Confeſſario in Confeſſione Sacramentali impoſitam.

***Solutio.*** Dicendum ad idem teneri ſed propter plura. Quoniam prius ex Voto ad id erat obligatus, ſecundario propter iniunctam ſibi Pęnitentiam: Qua de re in tali propoſito dicit vnus Theologus Guilelmus, quod ſi per impoſſibile eſſent duo Dij, non ſolum perſonaliter diſtincti, vt Fides noſtra fatetur, ſed etiam naturaliter, a quorum vno fuiſſemus Creati, facti, Redempti, Liberati, Glorificati, & Saluati; Ab alio vero nihil dictorum accepiſſemus, tamen tam iſtum quam illum, illum, quam iſtum, primum, & ſecundum, & breuiter vtrunq; Latria adorare teneremur: Quia vterque eſt ſummum bonum, & infinitum pro hiſq; Latriam ſibi debemus: Pluribus tamen rationibus teneremur primo, à quo tanta recepimus: quam ſecundo. Ita quod, Creatio, Factio, Redemptio, Glorificatio, &c. Non ſunt niſi quædam excitationes, & obligationes ad Deum Diligendum, Honorandum, & Adorandum.

***5. Dub.*** **Sed Imagines Chriſti, & Crucifixi, quali ſunt adoratione adorandæ?**

***Solut.*** Reſpondetur, quod ſi conſiderentur, vt res quędam materiales, vt Lignum, Aurum, Argentum, Lapides, & c. Nullus eis debetur honor, ſicut nec alijs rebus materialibus abſolutè conſideratis. Si autem conſiderentur,

tur, at ſunt quædam res Chriſti, & ipſius Imagines, ſic ſunt eadem adoratione adorãdę, qua, & ipſe adoratur, & hoc eſt, quod nos perbelle docet Sancta Eccleſia Catholica, & Apoſtolica in Introitu Miſſæ, quam cantat in honorem Sanctæ Crucis, dicens. Nos autem gloriari oportet in Cruce, & terminatur ad Dominum Ieſum Chriſtum. Domini Noſtri Ieſu Chriſti, in quo eſt Salus vita, & Reſurrectio noſtra, & omnia ab eo recognoſcens, ſequitur dicens. Per quem Saluati, & liberati ſumus; Et etiam in confirmationem, quod Latria adoranda ſit, vt eius Imago, & non vt res, cantat Eccleſia tempore Paſſionis Chriſti. O Crux Aue Spes Vnica hoc Paſſionis tempore, auge pijs iuſtitiam, reiſq; dona veniam. Idem .n. eſt motus ad Imaginem, & Imaginatum, & ad Protothypum .i. Chriſtum.

Sed quid dicendum eſt de Imaginibus aliorum Sanctorum? Vt Virginis Glorioſę, quæ fuit vera Mater Dei, & Hominis, & nequaquam Hominem purum genuit, & peperit, ac in Vtero ſuo portauit, vt Hęretici multi, & Hebrei firmiter tenuerunt, dicentes. Nonne hic eſt Faber? Nonne hic eſt Filius Fabri? Et multi Hęretici idem aſſeuerarunt, contra quos eſt Articulus Fidei, & multa Sanctorum dicta, atq; Eccleſiæ Sanctæ determinatio præcipientis omnibus Salutem volentibus firmiter credere, & confiteri Chriſtum Deum eſſe, & Hominem, veluti operibus, & miraculis ab ipſo in diuerſis locis, & multis Infirmis ab eo propria auctoritate factis, pręcipiendo Ventis, Mari, Tempeſtati, 6. Dub.

Infirmis, Mortuis, Dęmonibus, &c. quæ omnia tanquam Creatori, & Deo ſtatim obtemperarunt. Quis eſt hic, cui Venti, & Mare obediunt? Surge tolle Grabbatum tuum, & Ambula. Stans ſuper ipſam imperauit Febri, & ſtatim Febris dimiſit illam. Adoleſcens tibi dico ſurge, & ſtatim reſedit, qui erat mortuus. Lazare veni foras, & ſtatim prodijt, &c.

Et poſt hanc digreſſionem redeamus ad principale. Quęrentes nō ſolum qua adoratione Imagines Virginis adorandæ ſint, ſed, & aliorum Sanctorum, vt D. Petri, Pauli, Andręę, Ioannis, Iacobi, Matthęi, Franciſci, Dominici, Auguſtini, Agathę, Cęcilię, Lucię, & breuiter omnium aliorum. *Not.*

*Solut.* Dicit S. Thomas, quod poſſunt eadem adoratione adorari, qua adorantur illi, vel illę, quorum, vel quarum ſunt Imagines. ſ. Hyperdulia, vel Dulia, nunquam tamen Latria, quæ ſoli Creatori conuenit, vel ei qui vnitus eſt cum ipſo hypoſtaticè, veluti ſuperius audiſtis de natura humana, Verbo in tempore vnita.

*7. Dub.* Si autem ſermo fiat de Cruce illa tantum, in qua Chriſtus fuit Crucifixus, & Mortuus, qua adoratione adoranda ſit.

*Solut.* Dicitur quod vt res quædā Chriſti eſt Hyperdulia: Latria nequaquam, quia vt ſic non ſpectat ad Perſonam Verbi; ſi autem vt Chriſtum repręſentans, & eius Imago eſt, idem aſſerimus, quod ſuperius dictum fuit, & omnes Sancti docent, Latria, ſine dubio. Et idem, ac eodem modo, ſecundum Doctores, dicendum eſt de

alijs Inſtrumentis Paſſionis Chriſti .i. de illis, quæ interfuerunt Paſſioni Chriſti .ſ. de Lancea, de Spongea, de Flagellis, de Clauis, &c.

Quid autem de alijs Inſtrumentis, quæ non fuerunt digna tangere illa Sancta Membra? 8. *Dub.*

Dicitur quod adorari nō poſſint, niſi vt Imagines ſunt, & nō abſolutè, vt res quædā materiales, quia ſic etiam Idolatrare ponēdo nomen, & virtutē in talibus. Fiant ſimiles illis (dicit Regius Propheta) qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis, & ideo, vt Imagines ſunt, dicendum eſt quod de Cruce aſſertum fuit, quod adoratione Latria. *Solut.*

Non ergo ex propria culpa infructuoſam faciamus in nobis virtutem Paſſionis, Crucis, & Mortis Chriſti, cuius Sanguine, non Hircorum, neq; Taurorum, neq; Vitulorū, ſicut in Veteri fiebat Lege, ſed illius, qui nec peccatum fecit, nec dolus inuentus eſt in ore eius liberati ſumus, & cum diues etiam, pauper pro nobis effectus eſt, cuius inopia, diuites facti ſumus, ipſum igitur glorificate, & portate in cordibus veſtris, Amen. *Documentū.*

## LECTIO DECIMA.
### *De modo Adorandi.*

CVm de Sanctorum Imaginibus, aliqua dixerimus in præterita Lectione: meritò aliquis veſtrum poſſet à me quærere, cum talis vſus Imaginum non habeatur explicite in Scriptura. Immo ibidem 1. *Dub.*

Pręceptum ſit. Non facies tibi Sculptibile, & iterum Veri adoratores adorabunt Deum in ſpiritu, & veritate, vt olim fuit Grecorum error, & hac noſtra tempeſtate, Luteranorum negantium Sanctiſſimum vſum Imaginum ab Apoſtolis Spiritu Sancto ſpecialiter de hoc edoctis, & ipſorum iuſſu introductum. Quæ & ſi non habeantur expreſſe in Sacris litteris, implicite tamen multa ibi continentur. Multa habeo vobis dicere, quæ non poteſtis portare modo. Cum autem venerit Spiritus ille veritatis, docebit vos omnem veritatem: Quarè Apoſtoli, & Eccleſia Catholica, & Apoſtolica Spiritus Sancti inſpiratione huiuſmodi Sanctiſſimum vſum introduxerunt. Similiter refert Damaſcenus, Chriſtum miſiſe Imaginem ſuam Regi Abagaro, quamuis hoc inter Hiſtorias reponatur Aphocriphas, ſimiliter Sanctum Lucam Imaginem Deiparę Virginis pinxiſſe, qui vſus Imaginum approbatus fuit in ſecundo Concilio Nicęno, & Conſtantinopolitano, atq; in tribus Concilijs Lateranenſibus ſub Gregorio, & alijs Summis Pontificibus, nouiſſimeq; in Concilio Tridentino Seſſione vigeſima quincta, Capite de Inuocatione, & Sanctorum Veneratione, non quod vt in pręterita fuit Lectione dictum, in ijs ſit aliqua Diuinitas, & virtus, fiducia ponenda, & ſpes collocanda quaſi aliquod ab ipſis petamus, & expectemus. Vt iam gentes faciebant ad ſimulacra muta euntes, vt Iouis, Martis, Veneris, Saturni, Solis, Lunæ, Mercurij, & c. Sed quia honos talis exhibitus ad Prothotypum

*Solutio.*

*Not.*

*Not.*

refer-

Digitized by Google

refertur, & terminatur.

Quibus ſic diſpoſitis declaratis, & determinatis, poſſet aliquis quęrere. Cur talis vſus fuerit ab Apoſtolis introductus, & ab Eccleſia Sancta Catholica approbatus, & acceptatus. *2. Dub.*

Reſpondetur communiter ab omnibus id multis de cauſis, & rationabiliter factum fuiſſe. Propter ſimplicium ignorantiam, qui Scripturas leggere ignorantes, ad minus videant in huiuſmodi picturis, & imaginibus Chriſti, & Sanctorum Myſteria, ſcilicet, Natiuitatem Domini Noſtri Ieſu Chriſti, Transfigurationem, Paſſionem, Crucifixionem, Mortem, Reſurrectionem, Aſcenſionem. Apoſtolorum, Martyrum, Confeſſorum, Virginum, &c. Carceres, Labores, Catenas, Leones, Cruces, & alia multa mala, quæ pro Chriſto paſſi ſunt. Iuxta illud. Ibant Apoſtoli gaudentes à conſpectu concilij, quoniam digni habiti ſunt, pro nomine Ieſu contumeliam pati. Propter affectus, & mentis deuotionem; quia plus viſis, quam auditis afficimur, vt iſtorum conſtantiam, Fidem, Patientiam, Humilitatem, Spem, Benignitatem, Charitatem, Manſuetudinem videntes ad talia aſcendamur. Ac ipſos Sanctos, & Chriſtum quantum fieri poteſt, ipſo auxiliante, immitemur. Iuxta illud S. Pauli Eſtote immitatores Chriſti: Sicut Filij Cariſſimi, & c. Et Princeps Apoſtolorum: Chriſtus Paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt ſequamini veſtigia eius. Et ex ore proprio Chriſtus Ieſus Saluator noſter. *Solutio.*

Exem-

Digitized by Google

Exemplum dedi vobis, Patientiæ, Manſuetudinis, Dilectionis, Charitatis, &c. Vt quemadmodum Ego feci, ita, & vos faciatis. Propter memoriæ labilitatem, plus enim mouent viſa, quam audita: Quamobrem hac noſtra tempeſtate verè dici poteſt de ſpectantibus ad Salutem. Audiunt, & non faciunt. Totus enim Mundus in maligno poſitus eſt. Et illud Pſalmi. Omnes declinauerunt, Domini, Serui, Patres, Filij, Magiſtri, Diſcipuli, Magni, Parui, Diuites, Pauperes, Religioſi, Laici, & c. Simul inutiles facti ſunt, Non eſt qui faciat bonum, non eſt vſq; ad vnum.

*3. Dub.* Nec obſtant iam allegata, & in Scriptura poſita. Non facies tibi Sculptile, & c.

*Solut.* Quia vt dicunt Doctores, id intelligendum eſt, non eſſe tale faciendum tanquam pro Deo adorandum, vt in ipſo ſculptili, ſit Diuinitas, vel ab eo, vt tale eſt. Gratiæ, fauores, & beneficia ſperentur expetenturq; , vel quia tunc Deus non erat Homo factus. Et ideo cum Spiritus eſſet, figurari, & lineari non poterat, eum quantus eſſet quantitate virtutis, & nō quantitate molis, & corporea. Nec contra Sanctiſſimum Imaginum vſum allegari debet, Ezechie factum.

*4. Dub.* Præcipientis Serpentem æneum confringi.

*Solut.* Quia tunc erat Occaſio Idolatriæ, ad quam Populus tunc temporis erat valde inclinatus; Non ſic hiſce temporibus de Imaginibus dici poteſt: Quia de his perfecte à Sanctis, & Eccleſia Catholica edocti ſumus.

*5. Dub.* Nec illud Ioannis à Chriſto dictum vos conturbent.

Veri

Veri adoratores adorabunt Deum in Spiritu. Nam intelligitur de principali, in adoratione.

Concludendum igitur eſt licitum eſſe, honeſtum, & laudabile, Imagines Chriſti, Virginis Glorioſæ, & aliorum Sanctorum adorare. *Solutio.*

Hoſtiam inſuper Conſecratam, in qua verè eſt Chriſtus totus Latria adoratione, non ſolum interiori actu, ſed & exteriori, ideſt Anima, & Corpore. Latria adorandam eſſe ſemper tenuit, & tenet, prædicauit, & prædicat, fatetur, & faſſa eſt Catholica Eccleſia, & qui ſecus ſentit, ſeu ſenſerit, teſtimonio, & Sententia Concilij Tridentini Anathema ſit. *Not.*

An autem adorans Hoſtiam non Conſecratam peccet, & ſit Idolatra? *6. Dub.*

Dicitur, quod ſciens eam non Conſecratam, procul dubbio peccat, & eſt Idolatra. Si autem hoc ignoret, & Sacerdotem Chriſtianum eſſe Catholicum credit; abſq; dubbio, & hęſitatione à tali excuſatur peccato, & Idolatria. Si autem aliquam haberet de hoc ſuſpitionem, Miſſam alterius Sacerdotis quærere debet; quam ſi habere nequeat ſub conditione adorare. Si autem hoc malitiosè faceret, à peccato nullatenus excuſaretur: Talis autem Sacerdos nō Conſecrans quantum in ſe eſt, facit Populum Idolatrare, ad adorandum putans offerens creaturam Populo aſtanti, Latria adoratione ſoli Deo debita. Si autem talis conditio ſemper actu explicanda ſit. Dicitur quod non, ſed ſufficit in habitu. Reliquiæ verò Sanctorum ſunt de- *Solut.* *Not.* *Not.* *Not.*

bito

bito honore venerandæ, cum Sancti omnes ſint viua Chriſti membra, Filij Dei, Amici noſtri, & intercesſores, quo fuerunt templa Spiritus Sancti, & eius organa, (Veritas enim, Dicit Pater Ambroſius,) à quocunq; dicatur à Spiritu Sancto eſt, & Saluator Noſter, Non enim eſtis vos, qui loquimini, ſed Spiritus Patris veſtri, qui loquitur in vobis. & Iterum cum eritis ante Reges, & Prçſides, nolite cogitare quomodo, aut quid loquimini; dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Quç cum ſit veritas à Saluatore dicta falſificari nō poteſt. Eius .n. verba ſemper fuerunt vera Teſtimonio Chriſti, vt patet in Euangelio Diui Lucç. Cœlum, & Terra tranſibunt: Verba autem mea non prçteribunt, quod non eſt intelligendum, Verba in ſe haud tranſire, ſed in ſignificato, & repræſentato. Veritas autem prçpoſitionis prius dictç patet ex progreſſu, qui poteſt fieri in Sacris Litteris, & Hiſtorijs, in quibus apparet multos ſimplices; qui nunquam ad Scholas fuerunt, nec Litteras didicerunt: nihilominus à Spiritu Sancto edocti, Sinagogas, Principes, Peritos, & Sapientes huius ſçculi confuderunt, idq; exemplo, Petri, Andreç, Iacobi, & multorum aliorum comprobari poteſt: ſed quarè Sancti Stephani exemplum reliquimus? ad quem confundendum vocati fuerunt quidam de Sinagoga Libertinorum, Alexandrinorum, Cirenenſium, & eorum qui erant à Cilicia, & Aſia, vt diſputarent cum eo, quia tam vera ſunt Verba Chriſti, & infallibilia non poterant reſiſtere Spiritui, & Sapien-

uç,

tiæ, qui loquebatur, qui non erat Spiritus creatus, ſed increatus, de quo ſuperius tactũ eſt; Sed Spiritus Patris veſtri, &c. Et ad ſuperiora reuertens cõcludo, Sanctos, & Sanctas adorandos eſſe Dulia, & Hyperdulia, quia Deus tales honorat, vt viua, & vera membra ſua, ad ipſorum preces, & interceſſiones mira, virtutes, ſigna, & Miracula operando, Infirmos ſanando, Leproſos mundando, Cęcos illuminando, Surdis auditum reſtituendo, Paraliticos fortificando, Dęmones expellendo, & Mortuos reſuſcitando. *Not.*

Dicentem autem audio, quod non prætereundum duco, ſi gratia faciendi Miracula ſit alicui Sancto, vel eius Animę data? 8. *Dub.*

Dicitur, quod non eſt data alicui Sancto, vt propria virtute miracula faciat, cum id proprium ſit ſolius Dei, hoc teſtante Propheta Dauid. *Solut.*

Qui facit mirabilia ſolus &c. licet hoc eis à Deo conceſſum ſit, vt faciant diuina virtute, ne quempiam lateat talem, ſeu tales, amicum eſſe, vel amicos ipſius Dei, & Chriſti viuum membrum, vel membra; Quæ gratia miracula faciendi excellẽtiſſimè data fuit Animę Chriſti, vt non ſolùm ipſa talia faceret, ſed etiam vt huiuſmodi gratiam in alios transfunderet, Teſtimonio D. Marci, Conuocatis duodecim Diſcipulis dedit eis virtutem calcandi ſuper ſerpentes, eijciendi Dęmones, & curandi Infirmos, & fiunt à Deo per ſe, & inſtrumentaliter ab ipſis Sanctis virtute Diuina. *Not.*

Qui à nobis fideliter orandi ſunt, vt pro nobis quo-



Digitized by Google

bito honore veneranda, cum Sancti omnes ſint viua Chriſti membra, Filij Dei, Amici noſtri, & interceſſores, quo fuerunt templa Spiritus Sancti, & eius organa, (Veritas enim, Dicit Pater Ambroſius,) à quocunq; dicatur à Spiritu Sancto eſt, & Saluator Noſter, Non enim eſtis vos, qui loquimini, ſed Spiritus Patris veſtri, qui loquitur in vobis. & Iterum cum eritis ante Reges, & Prçſides, nolite cogitare quomodo, aut quid loquimini, dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Quç cum ſit veritas à Saluatore dicta falſificari nō poteſt. Eius .n. verba ſemper fuerunt vera Teſtimonio Chriſti, vt patet in Euangelio Diui Lucç. Cœlum, & Terra tranſibunt: Verba autem mea non prçteribunt, quod non eſt intelligendum, Verba in ſe haud tranſire, ſed in ſignificato, & repræſentato. Veritas autem prçpoſitionis prius dictç patet ex progreſſu, qui poteſt fieri in Sacris Litteris, & Hiſtorijs, in quibus apparet multos ſimplices; qui nunquam ad Scholas iuerunt, nec Litteras didicerunt: nihilominus à Spiritu Sancto edocti, Sinagogas, Principes, Peritos, & Sapientes huius ſçculi confuderunt, idq; exemplo, Petri, Andreç, Iacobi, & multorum aliorum comprobari poteſt: ſed quarè Sancti Stephani exemplum reliquimus? ad quem confundendum vocati fuerunt quidam de Sinagoga Libertinorum, Alexandrinorum, Cirenenſium, & eorum qui erant à Cilicia, & Aſia, vt diſputarent cum eo, quia tam vera ſunt Verba Chriſti, & infallibilia non poterant reſiſtere Spiritui, & Sapien-

tiç,

tiæ, qui loquebatur, qui non erat Spiritus creatus, ſed increatus, de quo ſuperius tactũ eſt; Sed Spiritus Patris veſtri, &c. Et ad ſuperiora reuertens cõcludo, Sanctos, & Sanctas adorandos eſſe Dulia, & Hyperdulia, quia Deus tales honorat, vt viua, & vera membra ſua, ad ipſorum preces, & interceſſiones mira, virtutes, ſigna, & Miracula operando, Infirmos ſanando, Leproſos mundando, Cęcos illuminando, Surdis auditum reſtituendo, Paraliticos fortificando, Dęmones expellendo, & Mortuos reſuſcitando. *Not.*

Dicentem autem audio, quod non prætereundum duco, ſi gratia faciendi Miracula ſit alicui Sancto, vel eius Animę data? *8. Dub.*

Dicitur, quod non eſt data alicui Sancto, vt propria virtute miracula faciat, cum id proprium ſit ſolius Dei, hoc teſtante Propheta Dauid. *Solut.*

Qui facit mirabilia ſolus &c. licet hoc eis à Deo conceſſum ſit, vt faciant diuina virtute, ne quempiam lateat talem, ſeu tales, amicum eſſe, vel amicos ipſius Dei, & Chriſti viuum membrum, vel membra; Quæ gratia miracula faciendi excellẽtiſſimè data fuit Animę Chriſti, vt non ſolùm ipſa talia faceret, ſed etiam vt huiuſmodi gratiam in alios transfunderet, Teſtimonio D. Marci, Conuocatis duodecim Diſcipulis dedit eis virtutem calcandi ſuper ſerpentes, eijciendi Dęmones, & curandi Infirmos, & fiunt à Deo per ſe, & inſtrumentaliter ab ipſis Sanctis virtute Diuina. *Not.*

Qui à nobis fideliter orandi ſunt, vt pro nobis quo-



Digitized by Google

fidie intercedant, preces, & orationes noſtras Deo ex ipſorum pietate offerant, vt nobis propitietur, & indulgeat, ac gratiam ſuam hic nobis concedat, & habita peccatorum remiſſione, in alia vitam æternam. Amen.

## LECTIO VNDECIMA.

*Neque confundentes perſonas &c.*

CVm in ſuperioribus S. Athanaſius docuerit trinitatem in vnitate, & vnitatem in trinitate venerandam eſſe, vt Fides Catholica ſit in nobis, nunc inſtruit quomodo agendum, Neque confundentes perſonas, neque ſubſtantiam ſeparantes; pro quo notandum eſt, quod Sabelliani Hæretici confitebantur vnam eſſentiam eſſe trium perſonarum confuſiuè. Quia dicebant vnam eſſe eſſentiam, Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum, quia hæc eſſentia, quando volebat ſe manifeſtare Patrem, vocabat ſe Patrem, quando Filium, vocabat ſe Filium, quando Spiritum Sanctũ, vocabat ſe Spiritum Sanctum; & hoc eſt confundere Diuinas perſonas. Quid autem ſit perſona, illud Ricardi adducendum eſſe exiſtimo dicentis, Perſona eſt naturæ intellectualis incommunicabilis exiſtentia. Quapropter aduertendum eſt, ad perſonæ rationem plura requiri, ſingularitatem, vt ſortes, vel hic homo, Quoniam & ſi homo ex ſe terminus ſit vniuerſalis, & communis per pronomen demonſtratiuum ſibi additum

*Not.* *Not.*

rum equipollet termino ſingulari. Itaquod non plus ſignificat ille homo, & iſte homo, quam Bernardinus, & fęlix. Sic enim docent logici, vt ſciunt tali ſcientiæ ſtudentes, & propoſitionis ſingularis diffinitionem legentes. In qua dicitur, quod Propoſitio ſingularis eſt illa, in qua ſubijcitur terminus ſingularis, & diſcretus, vel communis cum pronomine demonſtratiuo, Quæ, vt Propoſitionis iſtius ordinem faciant, à parte ſubiecti, & non à parte Prædicati poni debent. In communicabilitatem, & vt quo, ideſt, vt forma, vel ſit ſubſtantialis, vt anima intellectiua corpori, Dicente Ariſtotele Quod anima eſt actus corporis Phiſici, Organici, Potentia Vitam habentis. Vel forma accidentalis, vt Albedo, Nigredo, &c. reſpectu parietis. Vel vt quod, ſicut vniuerſale, ſiue ſuperius reſpectu ſui inferioris, cui vt ſupra communicatur; vt exemplificare quiſpiam poteſt in Arbore Prophiriana nō aſcendendo, ſed deſcendendo à generaliſſimo vſq; ad ſpecialiſſimum, & indiuidua; vt Subſtantia, Corpori, Corpus, corpori Animato, Corpus animatum, animali &c. & prætereundum non eſſe exiſtimo ſummarie, & breuiter repetere. Quid communicabile ſit, ſed prius diſtinguendum, & inde apparebit videlicet, vt quo, & vt quod. Vt quo veluti forma eſſentialis, vel accidentalis, vt quod, tanquam ſuperius, & vniuerſale ſuo inferiori. Et ſic à contrario ſenſu, quia contrariorum eſt eadem diſciplina; dicendum eſt de incommunicabili; vt quo, & vt quod. Quoniam primo *Not.*

I 2 modo

Digitized by Google

modo; vt viſum eſt communicatur forma; ex quo liquidò apparet, quod non eſt formę, non communicari, ſicut dicendum eſt de Indiuiduis Prædicamenti Subſtantiæ, cum alia aliorum Prædicamentorum communicentur. Incommunicabile vt quod, dicitur ſingulare cuiuſcunq; prędicamenti, ſub quo, nihil aliud continetur, cui ſic communicetur quod, idem eſt, quòd prædicari de aliquo tanquam de inferiori: Ad perſonam autem vnuſquiſq; ſcire debet, hanc duplicem requiri incommunicabilitatem, perſonamque ſolum dari in natura intellectuali, ſcilicet Diuina, Angelica, & Humana. In alijs verò ſuppoſitum, ſingulare, & indiuiduum. Quapropter dixit Auctor in diffinitione, quod eſt natura intellectualis. Ex quo apparet defectus aſſerentium animam ſeparatam, eſſe perſonam; Quia communicatur corpori, vt forma, licet non actualiter; tamen aptitudinaliter, & vtraque iſtarum communicabilitatũ tollit perſonæ rationem; Quia anima ſeparata habet naturale deſiderium, vt reuniatur ſuo proprio corpori: Quare vt aiunt S. Doctores, Animæ Sanctorum, & Beatorum, nunc aliquo modo propter hoc naturale deſiderium, & ex hac inclinatione retardantur, ne omnino in Deum ferantur. Ad perſonam verò requiritur, nec actualiter, nec aptitudinaliter corpori communicari. Vltimo ad rationem perſonæ exigitur eminens dignitas, & ideò iuxta dicta in ſuperioribus in natura tantum eſt intellectuali.

Not.

Not.

Dicere

Dicere autem hanc vnam eſſentiam, modo eſſe perſonam Patris, modo Filij, nunc Spiritus Sancti, eſt confundere perſonas, contra dictum S. Athanaſij Trinitatem in vnitate veneremur. & iterum alia eſt perſona Patris, alia Filij, alia Spiritus Sancti. Tres ſunt, qui teſtimonium dant in Cœlo, Pater, Filius, & Spiritus Sanctus, & S. Athanaſius. Neque confundentes perſonas, neque ſubſtantiam ſeparantes, quarum trium perſonarum: vna eſt improducta, id-eſt, eſt à ſe, & non ab alio; veluti perſona Patris; Dicente S. Athanaſio. Pater à nullo eſt factus, nec creatus, nec genitus.

Quoniam ſi Pater productus eſſet, ab alio eſſet, dicente S. Auguſtino Nihil generat ſe ipſum. Et ſic quaternitas, & non trinitas eſſet, Et duæ ſunt in trinitate perſonæ productæ, ideſt Filius, & Spiritus Sanctus. Primus Æternaliter à ſolo Patre genitus eſt dicente S. Athanaſio. Filius à Patre ſolo eſt, non factus, non creatus, ſed genitus: Spiritus autem Sanctus eſt à Patre, & Filio ante ſæcula productus, dicente S. Athanaſio Spiritus Sanctus à Patre, & Filio non factus, nec creatus, nec genitus, ſed procedens.

Quod autem in diuinis ſit perſonarum productio, Scotus vnico medio probat, & ex conſequenti, ſicut ex fide habemus Trinitatem perſonarum, etiam ratione. *Not.*

Quicquid de ſua ratione formali eſt principium productiuum in quocunq; eſt, à ſe, & ſine imperfec-

tione

tione ibi eſt principium. Sed in diuinis ſunt duo principia perfectiſſima, ideſt intellectus, & voluntas, ergo duæ productiones, ergo duæ perſonę productæ, & vna improducta. Filius per intellectum fecundum per modum generationis; & Spiritus Sanctus per voluntatem fecundam, ergo tres perſonæ diuinæ contra Sabellium realiter diſtinctè, & non confuſiuè. Dicente S. Athanaſio; Non confundentes perſonas &c.

*Nota.* Dico realiter perſonaliter, non realiter eſſentialiter, quia ſic eſſet multiplicare ſubſtantiam, quæ ibi vna eſt non genere, nec ſpecie, ſed numero. Immò teſte Boetio, ſi dici poteſt; Vniſſima eſt, & eſſet contra id, quod ſequitur. Neque ſubſtantiam ſeparantes. Confirmatum à Chriſto; Ego, & Pater vnum ſumus, per quod ſecundum Diuum Auguſtinum liberat nos à Sabellio negante perſonarum Trinitatem, & ab Arrio negante eſſentiæ vnitatem. Confirmatam à Sancto Athanaſio; Alia eſt perſona Patris, Alia Filij, Alia Spiritus Sancti; Sed Patris, & Filij vna eſt diuinitas, ac ſi diceret, vna eſſentia, & vna maieſtas.

1. *Dub.* Nec obſtat, ſi obiiciatur; In nobis ſunt intellectus, & voluntas, quæ ſunt principia ſuorum actuum, & productionum, ſed tam actus intellectus, vt intelligere, quam etiam actus voluntatis, ideſt velle, ſunt in nobis accidentia, ergo & in Deo. Ergo per iſtos actus non producuntur perſonæ, cum intelligere, & velle in nobis ſint accidentia, quæ inhærent, & non ſubſiſtunt. At de ratione perſonæ eſt per iam viſa, vt ſubſiſtat.

Di-

Dicendum in hoc ſeruandam eſſe regulam generalem, quod quando, aliqua à nobis transferuntur ad Diuina per aliquam ſimilitudiné, id ſemper agendum eſſe per viam remotionis, & eminentię. Intellectum, & voluntatem principia in nobis eſſe productiua ſuorum actuum, hoc perfectionis eſt, quod autem ab ipſis producta, vt velle, & intelligere in nobis ſint accidentia, entia finita, & limitata imperfectionis eſt. Tollentes igitur quod imperfectionis eſt, in velle, & intelligere, productiones habebimus in diuinis, & ponentes, quod perfectionem importat, quod eſt ſubſiſtere, habebimus perſonas productas, & ſic cum improducta, Perſonarum Trinitatem. Quamobrem Catholice docet S. Athauaſius; Non confundentes Perſonas, neque ſubſtantiam ſeparantes. *Solut.*

Nec obſtat quod ab aliquibus dicitur, quod q; ſunt idem, multiplicato vno, multiplicatur, & alterum; ſed eſſentia Diuina, & Perſonæ ſeu ſuppoſita ſunt idem ergo multiplicatis ſuppoſitis *Diuinis*, multiplicatur eſſentia. Sed falſum eſt, quod eſſentia multiplicetur ergo (dicent Heretici) nec etiam perſonę. Et ſic vna perſona, ſicut vna eſſentia. *2. Dub.*

Dicitur quod quãdo aliqua duo, ſeu plura ſunt omnibus modis idem, realiter, formaliter, ratione, &c. Verum eſt quod inducitur. At quoniam ſunt realiter idem tantum, & non formaliter, nec ratione, conſequentia claudicat. Ita eſt in propoſito de eſſentia, & perſonis: quoniam perſonæ idem ſunt, realiter cum *Solut.*

eſſen-

Digitized by Google

eſſentia: Non tamen formaliter, vel ratione, cum vt ſic diſtinguantur ab ipſa eſſentia; Ideo poſſunt perſonæ multiplicari, & non eſſentia. Et ideo rectè dicit S. Athanaſius. Non confundentes perſonas, neq; ſubſtantiam ſeparantes; Illa autem verba, neque ſubſtantiam ſeparantes, difficultatem importare videntur.

*3. Diff.* Cum ſubſtantia à ſubſtare deriuetur, quod de Deo dici non poteſt; cum nulli ſubſtat accidenti, quia tunc non eſſet ſimplex, ſed compoſitus, non perfectus, ſed imperfectus.

*Solut.* Niſi eſſet, (vt dicunt Subtiles) Subſtantiam ſcilicet à duobus deriuari poſſe, vel à ſubſtando ſuple accidentibus, & ſic non dicitur de Deo, vel à ſubſiſtendo, quod idem eſt per ſe exiſtere, vti Deus poteſt dici ſubſtantia, quia à nullo dependet, vel breuius dicendum eſt, ſecundum Diuum Auguſtinum; quod ibi impropriè accipitur ſubſtantia, vel dicere poſſumus ſubſtantiam ibi, idem eſſe, quod eſſentiam. & quamuis multa quàm plura dici poſſent, ne debito ſim prolixior in alia lectione dicenda reſeruo.

**Docum.** Interim non confundatis perſonas, neque ſubſtantiam ſeparetis, vt Arrius, & Sabellius Hęretici fecerunt; ſed perſonarum trinitatem, ac eſſentiæ vnitatem firmiter credentes, & Deum toto corde amantes, & ore laudantes; ipſiq; ſoli latria ſeruientes. Ite in pace in Domos veſtras. Amen.

LE-

## LECTIO DVODECIMA.

*Alia eſt Perſona Patris, alia Filij, &c.*

CVm ſecundum noſtræ fidei principia tres eſſe diuinas perſonas, ideſt, Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum, confiteamur, vnamq; eſſentiam, naturam, & ſubſtantiam edoctam in ſuo Symbolo a Sancto Athanaſio. Alia eſt perſona Patris, alia Filii, alia Spiritus Sancti; vbi aduertendum eſt, quod cum duplex detur apud Doctores alietas, ſcilicet, naturalis, & perſonalis; Hic perſonalis meminit Sanctus: minimè autem naturalis; cum natura, & eſſentia in diuinis perſonis vna ſit; perſonalis verò triplex ipſo dicente; Alia eſt perſona Patris, alia Filij, & alia Spiritus Sancti. Non tamen tres Dij, ſed vnus eſt Deus. *Not.*

Quapropter meritò aliquis quærere poſſet, ſi iſta Trinitas perſonarũ, & eſſentiç Vnitas, poſſit pro ſtatu iſto à viatore ex naturalibus, & naturaliter cognoſci. *1. Dub.*

Reſpondent Theologi, & ſpecialiter Angelicus, & Subtilis reſolutè, & abſq; aliqua hæſitatione negatiuè; quia vt dicit Sanctus Thomas impoſſibile eſt per rationem naturalem ad cognitionem trium diuinarum perſonarum deuenire; ſed benè probari poteſt per auctoritates his, qui negant, ſi auctoritates ſuſcipiunt. Contra verò auctoritates Sacræ Scripturæ, & Doctorum non accipientes. Sufficit tueri non eſſe impoſſibile, ſcilicet, tres eſſe perſonas, & vnam eſſen- *Solut.*

tiam ſimpliciſſimam.

*Nota.* Cui ſummæ ſimplicitati non aduerſatur multitudo perfectionum, Prædicatorum, & attributorum in ea exiſtentium, quæ & ſi in ipſa multitudinem ponant; non tamen compoſitionem, ad quam ſecundum veritatem verè materia requiritur, quæ in Deo nullo pacto à fidelibus ponitur, qui cum ſummè ſimplicem confitentur, niſi per eminentiam, id intelligere velimus. Quandoquidem in Deo eminenter ſunt omnia, & eſt omnia; remota tamen omni imperfectione ſibi nullius rei attribuenda.

*2. Dub.* Oppoſitum autem eius, quod ſuperius dictum eſt, videtur ſentire Scotus dicens hominem viatorem poſſe habere notitiam credulitatis iſtius propoſitionis, Deus eſt trinus, & vnus; ex hoc quia ens, vt ens, eſt obiectum noſtri intellectus, ergo poteſt in quodcunque contentum ſub ipſo ente; & ſic naturaliter cognoſcere perſonarum Trinitatem, & eſſentiæ vnitatem, & per rationes naturales.

*Solut.* Reſpondetur, quod cognoſcere Deum Trinum, & Vnum naturaliter poteſt dupliciter intelligi. Vel naturaliter actiue, ita quod naturaliter, & ex naturalibus acquiratur iſtius cognitio, ideſt concurrentibus tantummodo cauſis actiuis & paſſiuis, naturalibus; id eſt, ſenſibus, memoria, intellectu agente, intellectu poſſibili, obiecto naturali, naturaliter agente &c. & ſic nullo modo poteſt: Quoniam licet imperfectè cognoſcat illos terminos, Deum, Trinum, Vnum; non

tamen

tamen perfectè; & per conſequens, non poteſt ipſorum complexionem ſub propria, & diſtincta ratione cognoſcere, vt Deus eſt vnus, Deus eſt trinus, &c. & notanter additum eſt non perfectè, quia ſi perfectè cognoſcerentur, & quæ ex ipſis componuntur nullo pacto laterent; quia ſecundum Ariſtotelem; Intelligere, & ſcire contingunt &c. Alio modo naturaliter paſſiue ſcilicet ab agente naturali reuelante, qualis eſt homo, & Angelus, & talis notitia dicitur credulitatis ab homine acquiſita, dicente D. Paulo, fides eſt ex auditu, auditus autem per verbum Dei, quam credulitatis notitiam, Sanctus Auguſtinus large ſcientiā appellat. ſicut ſcimus Oceanum eſſe Hiſpaniam, Siciliam, Galliam, & multa alia per auditum, quæ nunquam vidimus, ſed aliorum didicimus teſtimonio, qui talia viderunt.

At illud dicente obiecto intellectus in ſua communitate poſito, quod intellectus obiectum à multis nuncupatum, ne ſimplices confundamus. 3. Dub.

Dicimus obiectum quidem eſſe intellectus noſtri, ſed inclinationis.

Quoniam inclinatur naturaliter ad omnia intelligenda, iuxta illud. omnes homines natura ſcire deſiderant. Solut.

Non autem attingibilitatis; videlicet quod ex naturalibus poſſit omnia naturaliter actiue dignoſcere. Quod neceſſariò requiritur, vt contrarium concludatur.



Digitized by Google

4. *Dub.* Nec obſtat naturale deſiderium nunquam fruſtrari, vt dicunt omnes periti, quod quidem eueniret ſi per agens naturale, ſingulorum ſcientiam acquirere adipiſciq; minimè valeret.

*Reſpõs.* Nam ſat eſt quod correſpondeat ſibi aliquod agens, propter hoc conſequendum naturale ſit illud, vel ſupernaturale.

Et quamuis in aliquo indiuiduo fruſtraretur, non tamen in tota ſpecie, quod nouiſſimum inconueniens eſſet, non autem primum. ideſt ſi in aliquo indiuiduo, vt de Lapidibus patet, qui ob ipſorum grauitatem naturaliter centrum appetunt. Quoniam omne graue ex naturali ſua inclinatione centrum appetit. Et tendit deorſum, leue verò ſorſum. Nihilominus aliquod graue impeditur, ne ad centrum tendat, & multa leuia, ne ſurſum, vt patet de Igne in furno, & Ampulla clauſa. Verum ſuperdictis de cognitione naturali trinitatis, & vnitatis eſſentiæ, quod naturaliter cognoſci nõ valeant multa dubitãda, & ſcitu digna occurrunt. Quorum vnũ eſt quomodo hoc verũ eſſe poſſit.

5. *Diff.* Cum Mercurius Termegiſta, ſeu Ter, Magus, qui Leges Diuinas non vidit, & tamen in ſua Doctrina docuit, Capite Moiſes, vt refert Marſilius Ficinus, Platonicus in ſuis Dialogis.

*Solut.* Cum dixerit in Libro Monas intitulato. Monas genuit Monadem, & in ſe reflexit ardorem. Ex quibus habetur naturaliter (Cũ naturaliter fuerit collocutus) Trinitatem Perſonarum cognouiſſe. Et ad particulare deſcen-

deſcendens poſſent ſui defenſores dicere, quod quando dixit. Monas genuit Monadem, voluit intelligere, Pater genuit Filium. In ſequentibus verò in ſe reflexit ardorem, Spiritum Sanctum ab vtroq; procedentem, qui eſt vtriuſq; amor non inhærens, & accidentalis; ſed ſubſiſtens, & perſonalis. Cui aliqui de ſchola Subtilium ita ſatisfaciunt, & rectè Mercurij dictum. Trinitatem perſonarum nequaquam intellexiſſe, ſed mundi productionem ab ipſo Deo productum, & amatum. *Not.*

Nec obſtat illud Platonis, qui ſolo, & nudo lumine naturali ambulans; Trinitatem dignouit perſonarum, & verbi æterni generationem, quia vt refert Diuus Auguſtinus ſeptimo libro confeſſionum in libris Platonicis legiſſe totum Ioannis Euangelium; In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum; Non ſub eiſdem verbis formalibus, ſed virtualibus illis exceptis; Et Verbum caro factum eſt. *6. Dub.*

Cui difficultati reſpondetur ex doctrina Diui Auguſtini, Platonem in Ægypto legiſſe Moyſis libros, & Iſaiam, atq; Hieremiam, in quibus aliqualis fit mentio Trinitatis, & ſic non lumine naturali, ſed ſupernaturali. *Solut.*

Nec vos conturbet illud, quod legitur de Auerroe duodecimo Methaphyſicę, vbi perſonarum Trinitatem impugnat, quam ponebant loquentes ſui temporis, & etiam in libro, qui intitulatur; De- *7. Dub.*

ſtru-

ſtructio deſtructionem Auerrois contra Chriſtianos, & Theologos ponētes in diuinis hāc Trinitatē, quod minimè feciſſet: niſi ipſam cognouiſſet; & tamen non niſi naturaliter cum infidelis fuerit, fideq; caruerit.

*Solut.* Ad quod dicitur, cognitionem bipartitam eſſe, apprehenſiuam, & hac poteſt concedi, Auerroem cognouiſſe Trinitatem. Apprehendendo, & intelligendo, quod expugnare intendebat, ideſt terminorum ſignificatione. Aliam apprehenſiuam, & adhæſiuam ſimul, & ſic non, quæ conſiſtit, non ſolum in apprehendendo ſignificationem terminorum, ſed adhærendo ipſorum complexioni, & vnioni ſcilicet firmiter credendo talem vnionem veram eſſe, vt in propoſito, Deus eſt vnus, Deus eſt trinus, & Deus eſt trinus, & vnus, quam non habuit, quia huic credendo, non adhæſit, ſed potius vt videre eſt, eam impugnauit, quam tamen confeſſi ſunt, & confitentur Catholici Doctores.

*9. Dub.* Quid autem reſpondebunt Subtiles illi doctrinæ, quam in ſua ſchola docent. Quod non poſſunt eſſe plura realiter diſtincta, & formaliter infinita, propter multa incommoda inde ſequentia, ſi eſſent plures Dij, tum ex parte potentiæ, intellectus, & voluntatis, vt in ſequentibus videbitur. Quod tamen neceſſe eſſet confiteri, ſi plures eſſent Dij, quos de neceſſitate Trinitas expoſtulat, quorum vnuſquiſq; infinitus eſſet, vt verè ſunt ſecundum principia fidei noſtræ; dicente Diuo Athanaſio; Immenſus Pater,

Immen-

Digitized by Google

Immenſus Filius, Immenſus Spiritus Sanctus, & immenſitas infinitatem expoſtulat.

Dicitur Perſonas diuinas duo importare, per quæ in eſſe perſonali conſtituuntur, & ſine quibus diuinæ perſonæ eſſe non poſſunt. Vnum de connotato, videlicet eſſentiam, propter quam ſunt infinite, & non diſtinctè, aliud de formali, vt relationes, ſcilicet Paternitatem, Filiationem, & Spirationem paſſiuam, per quas diſtinguntur, & vna, in vna tantum, & non in alia, vt Paternitas in Patre, Filiatio in Filio, & Spiratio paſſiua in Spiritu Sancto, ex qua parte, & ex quarum conſideratione ſunt realiter perſonaliter diſtinctè, & non formaliter infinitè. Tunc enim vna infinitas formaliter eſſet in vna perſona, quæ non in alia, quod dicere fides noſtra abhorret. *Solutio.*

Hinc tamen errore huiuſmodi perſonales relationes dici poſſunt identicè infinitè; cum realiter identificentur cum diuina eſſentia verè, & realiter infinita. Diuinæ igitur perſonæ dicuntur infinitæ, ex ea parte, qua identificantur, non qua diſtinguntur; & ſic ſoluta eſt dubitatio, & ruuit difficultas. *Not.*

Quas ſupple perſonas humiliter, & fideliter obſecrandas duco; vt nobis opitulentur; ita quod ab ipſis adiuti; cum nunc, & hic ipſas per Ænigma cognoſcamus, in alia vita euacuato, quod ex parte eſt; videamus ſicut ſunt, quod nobis ipſæ concedant, quæ ſunt benedictæ in ſæcula ſæculorum. Amen. *Docum.*



Digitized by Google

## LECTIO DECIMATERTIA.

***Sed Patris, & Filij vna eſt diuinitas: equalis gloria tenemur.***

TEſte Apoſtolo ad Hebræos, fides eſt ſubſtantia rerum ſperandarum, argumentum non apparentium, & credere Trinitatem perſonarum, atq; eſſentiæ vnitatem, eſt articulus fidei. Hinc concluſum fuit in alia lectione, haud naturaliter cognoſci poſſe, nec Philoſophi per creaturas, vt ait Sanctus Thomas quantum ad propria, quæ ſunt Pater, Filius, & Spiritus Sanctus, ſed benè quantum ad appropriata, vt ſunt, Potentia, Sapientia, & Bonitas, quorum primum Patri, ſecundum Filio, & tertium Spiritui Sancto; à Sancta Catholica Eccleſia appropriatum fuit; idq; rationabiliter, ac iuſtis de cauſis factum fuit, vt aliquorum è medio tollerentur errores; ne quis exiſtimaret Patrem, propter hoc impotentiorem alijs eſſe, quia Pater, nec Filius inſipientior, quia Filius, nec Spiritus Sanctus partialis, quia ab vtroq;, vt ſæpè in his inferioribus contingere ſolet. Ideo Philoſophi cognouerunt attributa diuinis perſonis, vt ſuperius dictum eſt; non tamen propria; ſcilicet quoad Paternitatem, Filiationem, & paſſiuam ſpirationem. Ratio huius ſecundum Sanctum Thomam eſt, quia Deus, non habet reſpectum cauſæ ad creaturas per propria, ſed appropriata. Quapropter in Dei cognitionem Philoſo-

Not. (margin)

phi

phi per creaturas deuenerũt, quantum (vt diximus) ad appropriata; ſiue ex effectibus ad cauſas, dicente Apoſtolo. In viſibilia Dei à creatura mundi per ea, quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur: non autem quantum ad ea, quæ vni tantum conueniunt perſonæ, propria à Theologis nuncupata. Quoniam de vnoquoq; cognito tantùm cognoſcitur, quantùm ſe extendit medium per quod cognoſcitur. Creaturæ autem medium ſunt imperfectum, per quod Philoſophi Deum cognouerunt, ideo imperfectè potuerunt Deum cognoſcere, & cognouerunt; naturaliter loquendo; valuiſſent tamen ipſi huius Trinitatis cognitionem habere, ſi id ab aliquo ſciente reuelatum fuiſſet: non tamen per rationem naturalem ad huiuſmodi cognitionem nequaquam pertingente, vt ſuperius dicebat Sanctus Paulus; Fides eſt ſubſtantia rerum ſperandarum, argumentum non apparentium. *Not.*

Nec obſtat dictum Ariſt. dicentis per hunc numerum adhibuimus Deum honorare, videlicet ternariũ. Igitur Trinitatem naturaliter cognoſcere potuerunt. *1. Dub.*

Dicit enim Sanctus Thomas Ariſtotelem per hunc ſermonem non intellexiſſe Trinitatem perſonarum ponere, ſed creaturarum perfectionem in ternario conſiſtere, ſcilicet, principio, medio, & fine: Et ideo ſecundum commentatorem, Antiqui Deum venerabantur in Sacrificijs, & Orationibus triplicatis, vel abſq; reſponſionum multiplicatione ſuperius poſitũ replicari poteſt, cognouiſſe quantum ad appropriata, *Solut.*



Digitized by Google

nequaquam quantum ad propria. Quapropter in dicto numero Deum honorabant.

**2. Dub.** Nec etiam dictæ veritati repugnat communiter ab omnibus Theologis conceſſum, in anima rationali eſſe diſtinctam Trinitatis, & Vnitatis imaginem. Nam in vnica Animæ eſſentia, vnitas eſſentiæ diuinæ aſſignatur; & in tribus animæ potentijs, videlicet, memoria, intellectu, & voluntate, Perſonarum Trinitas; quæ omnia fuerunt à Philoſophis naturaliter, & ex naturalibus cognita, vt patet Philoſophorum libros legentibus, & præcipuè de anima nominatos. Quapropter dicendum eſt, Trinitatem, & Vnitatem naturaliter non cognouiſſe.

***Solut.*** Quoniam vt dicit Sanctus Thomas, quod anima dupliciter conſiderari poteſt, vno modo, vt res, alio modo, vt imago; primo modo eam Philoſophi cognouerunt, nequaquam ſecundo; Quia hoc verificandum oportebat prius eos cognouiſſe Trinitatem ad cognoſcendum animam eſſe ipſius imaginem: Nam ſi Romæ, vel Vrbini video aliquam imaginem, & illam dico eſſe Franciſci Mariæ, vel Cæſaris; Oportet me iam, & prius cognouiſſe in propria perſona, & eſſe, quorum ſunt imagines: Nam teſtimonio Ariſtotelis; Propter quod, vnumquodq; tale, & illud magis; vbi ſecundum me, magis non dicit intenſionem, vt multi aſſeuerarunt, ſed prioritatem; cuius ratio eſt: quia, ſcire, ſecundum omnes, & præcipuè Subtiles multifariam accipitur .ſ.

com-

Digitized by Google

communiſſimè, communiter, propriè,& propriiſſimè.

At pro nunc breuitati attendens duobus tantummodo modis, ſcilicet propriè, vt principia, & præmiſſæ, & proprijſſime, veluti concluſiones ex talibus principijs prouenientes. Nullus tamen ſanè mentis negare debet proprijſime ſumptam, perfectiorem eſſe propriè ſumpta, & primam ſedem tenere, qua ratione, vt ſuperius dixi, & huius opinionis ſemper fui, In prædicta auctoritate, magis, nō debere interpretari, vt importat cognitionis perfectionem; ſed, vt dicit, prioritatem; Sic dicendum eſt in propoſito, quod Philoſophi nullo modo Trinitatem cognouerunt, nec vt rem, nec vt imaginem propter imperfectionem cognitionis ipſorum. Ideo neceſſarium fuit, vt diuinitus reuelaretur, ſicut clarè apparet de Magis Pharaonis, qui poſt magnam diligentem, & ſubtilem contemplationem, in tertio ſigno defecerunt, ideſt in cognitione tertiæ perſonæ. Quamobrem rectè dictum fuit, vt etiam nunc replicamus, perſonarum Trinitatem, naturaliter cognoſci non poſſe, nec potuiſſe. Not.

Ex quibus iurè quiſpiam quærere poſſet. ſi per creaturas Deus cognoſci poſſit, & à quo. 3. Dub.

Reſpondetur duplicem eſſe cognitionem, vnam à priori, quæ habetur per cauſam, & principia intrinſeca, vt homo per animal rationale. Aliam verò à poſteriori, & per ſuos effectus. Ideo dicit Sanctus Thomas, quòd cum Creatura ſit creatoris effectus; & cau- Solut.

ſa à poſteriori per effectus cognoſci poteſt. Ideo Deus & Creator per creaturas cognoſci poteſt; Iuxta illud Diui Pauli. Inuiſibilia enim Dei, &c. & alibi. A magnitudine ſpeciei creaturæ, cognoſcibiliter poterit Creator videri.

*Not.* Sed aduertendum eſt communiter ſecundum omnes Theologos, & precipuè ſecundum Sanctum Thomam, duo ad cognoſcendum Deum per creaturas neceſſariò requiri. Primum quod ipſum cognoſcens habeat neceſſaria ſaltem naturalia, quamuis non lumen ſupernaturale, ſcilicet intellectum agentem, poſſibilem, & alia neceſſaria ad talem cognitionem, quorum defectu Bruta nullo pacto poſſunt Deum cognoſcere per creaturas, quia cum neceſſarijs careant, huiuſmodi cognitionis, & præcipuè Dei non ſunt capaces, ideſt intellectu, anima rationali &c. Secundum, quod ſint homines viatores, vt illi, qui ſunt in hac vita, ſiue ſint boni, vt exiſtentes in gratia; ſiue mali, vt illi qui ſunt in peccato mortali. Beati enim non cognoſcunt Deum per creaturas, ſed per eſſentiam, quia vident Deum ſicuti eſt; iuxta illud. Cum euacuabitur id quod ex parte eſt, tunc cognoſcemus, ſicut cogniti ſumus; & iterum. Videmus nunc per ſpeculum in Ænigmate, tunc autem facie ad faciem.

*Not.* Aduertendum tamen eſt, quod nec in hac vita, neque in alia Creaturæ Deum comprehendunt; quia talis cognitio requirit intellectum infinitum rei intellectæ proportionatum, quia comprehendere eſt termi-

nos

Digitized by Google

nos rei claudere, ſub quo ſenſu Deus tantum poteſt dici propriè comprehenſor, ſe ipſum intelligens complerè, & perfectè ſecundum omnem modum intelligendi. Sancti autem dicuntur comprehenſores, vt diſtinguuntur contra viatores.

Nec illud obſtat Sapientis circa Dei cognitionem. *4. Dub.* Creaturas factas eſſe in deceptionem animæ hominũ, & in muſipulam pedibus inſipientium. Quare concludendum eſt Deum per creaturas minime cognoſci poſſe, cum in errorem inducant.

Cui difficultati doctè, & eleganter, catholicèq; ſatisfacit Seraphicus Doctor, dicens dupliciter cognoſci poſſe Creaturas, ideſt quantum ad proprietates ſpeciales, quæ ſunt imperfectionis; idq; bifariam, vel attribuendo Deo huiuſmodi proprietates ſpeciales, & ſic ſunt cauſæ erroris, vt attribuere Deo finitudinem, cõpoſitionem, limitationem, mutabilitatem &c. vel remouendo dictas imperfectiones, & ſic ſunt cauſæ veræ cognitionis; vt dicendo, Deus eſt bonus, Deus eſt infinitus, eſt æternus &c. Vel quantum ad conditiones generales, quæ ſunt perfectionis, & hoc iterum dupliciter, vt Picturæ, & imagines, Vel ſiſtendo in illis, & hæc eſt via deuiationis. Dicente Diuo Auguſtino, vęh illis, qui derelinquunt te Ducem, & oberrant in veſtigijs tuis. Vel tendendo in aliud, & ſic eſt ratio cognoſcendi per ſuperexcellentiam, & eminentiam, quia omnis proprietas nobilis in creatura eſt attribuenda Deo in ſummo; vt dicendo, ſumme bonus, ſum- *Solutio.*

me

me ſapiens, ſumme iuſtus, ſumme miſericors &c.

Ponens pro vberiori doctrina præſentis difficultatis duplicem eſſe cognitionem.

*Not.* Videlicet ſenſitiuam, quam habet ſenſus de ſuo obiecto, vt viſus de viſibili &c. & intellectiuam, quam habet intellectus de ſuo intelligibili. Hic ſermo fit de intellectiua, non ſenſitiua, quia Deus non eſt materialis. Intellectiua duplex, Apprehenſiua, & comprehenſiua: hic de apprehenſiua, non comprehenſiua, de qua vltima loquentes neceſſe eſt dicere, tantũmodo Deũ ſe ipſum cognoſcere. Intellectiua apprehenſiua duplex, Incomplexa, vt terminorum, Complexa vt propoſitionum; vtroq; modo cognoſcere poſſumus Deum per Creaturas pro ſtatu iſto, ideſt cognitione intellectiua incomplexa, vt in octauo Phyſicorum, quod eſt, & complexa, quod Deus eſt ſumme bonus, quod Deus eſt æternus, actus purus, infinitus &c. Semper tamen id intelligendum eſt per viam remotionis, & eminentiæ: Nos autem catholici, fideles, & chriſtiani lumine fidei colluſtrati, non ſolum Deum cognoſcimus via naturali, & ex naturalibus, ſed quod magis eſt, lumine fidei, & ex diuina reuelatione.

*Docum.* Cum igitur talem de Deo habeamus cognitionem, & tali medio, ita viuamus, vt de nobis non verificetur dictum Sancti Pauli contra naturales, & mundanos. Qui cum cognouiſſent, non ſicut Deum glorificauerunt, ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis. Ipſum ergo glorificemus, veneremur, & ame-

& amemus toto corde, tota anima, & totis viribus. Amen.

## LECTIO DECIMA QVARTA.

*Filius à Patre ſolo eſt, &c.*

SIcut in omni creatura, tàm rationali, quàm irrationali, eſt veſtigium Trinitatis. Ita in rationali, quantum ad partem intellectiuam, eſt eiuſdem imago. Hinc diximus in præterita lectione, Deum per creaturas cognoſci poſſe, quod intelligendum eſt à poſteriori, non à priori, per effectus, & non per cauſas. Quoniam in qualibet apparet veſtigium, & in rationali imago, de quibus cum loqui intendam, videbimus quot modis, imago, & veſtigium accipiantur, quid ſint, & quomodo ex corporalibus ad ſpiritualia, tranſlata ſint. Imago accipitur tripliciter, primo pro eo, ad cuius exemplar aliud fit, & ſic Sanctiſſima Trinitas dicitur hominis imago, teſte Moyſe, Geneſis primo. Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram. Secundo dicitur productum, per modum naturæ, ſuo producenti per omnia æquale, & ſic Filius in diuinis dicitur imago, ſcilicet Patris, iuxta illud. Qui eſt imago inuiſibilis Dei. Dixi per modum naturæ, quia licet Spiritus Sanctus, qui eſt tertia in Trinitate perſona, producatur à Patre, & ſit per omnia ſibi æqualis, non tamen dicitur Patris imago. Quoniam non producitur per modum *Not.*



Digitized by Google

dum naturæ, veluti Filius, qui imago Patris verè eſt; & non ad imaginem, quia Patri eſt æqualis, & in nullo diſſimilis natus æternaliter, non factus, nec creatus; Homo autem imago dicitur, quantum ad illam partem, qua alijs antecellit creaturis, & ad imaginem, ſed non illa, quæ eſt Patri æqualis, & eſt factus. Faciamus Hominem ad imaginem, & ſimilitudinem &c.

Quæ ab inuicem differunt, & quam plurimum: Quoniam Filius imago eſt æterna conſubſtantialis, & eiuſdem naturæ numero cum Patre; Creata verò temporalis, finita, Patri inæqualis, & in tempore creata.

*Not.* Tertio dicitur imago imitatiuum ſui artificis, ſeu imaginati, in quadam propinquitate, licèt differant in eſſentia, ſicut imago Cæſaris, Cæſarem repræſentat, & requiritur imaginem verè imaginatum imitari, quæ imitatio dicit ordinem eſſentialem, vel dependentiam imaginis ad imaginatum, vel cauſati ad cauſam, vel menſurati ad menſuram, vel participati ad imparticipatum; niſi enim dicant ordinem eſſentialem, & dependentiam ad imaginatum, non diceretur propriè imago. Vnde ſecundum Scotum multa ad imaginis

*Not.* rationem requiruntur; ſcilicet vnum, quod repræſentet totum, & in hoc differt à veſtigio, quod repræſentat tantummodo partem, ex quo inferendum eſt; cum videmus figuram alicuius in aliquo loco completam, & perfectam. Dicere debemus hæc eſt imago. P. N. ſi autem tantummodo, pedem, manum, faciem, caput, &c. veſtigium eſt appellandum. Imitatio vnde

de non eſt imago, niſi ſit imitatio, poſterioris ad prius, ſed tantum ſimilitudo, vt patet de duobus Ouis ſimilibus in colore, quantitate, & figura, quorum vnum alterius imago non dicitur, quia non imitatur aliud. Vnde imago dicitur quaſi imitago, ideſt agens imitationem, ſed dicuntur Oua illa ſimilia; Et vt imago ad imaginatum referatur. Vnde de Cæſaris imagine non dicitur eius imago in quantum Pictura, ſed vt Cæſarem repræſentat. De imagine tertio modo ſumpta loqui intendo, quod nomen à corporalibus vt (aiunt Docti) ad ſpiritualia tranſlatum eſt: quia ſicut pes, vel manus impreſſa in aliquo corpore ſibi cedente, vt in Niue, luto &c. repræſentat tale corpus per modum veſtigii, ideſt per partem; ſic quælibet creatura Deũ, ita de imagine dicendum eſt, vt ſi totum corpus (exẽpli cauſa) imprimeretur in niue ſibi cedente; diceretur imago illius corporis, ſic in anima intellectiua eſt Trinitatis imago. in actibus primis ſimul cum ſecundis, & animæ eſſentia vnitate &c.

Cum igitur in diuinis, & in Sanctiſſima Trinitate ſit vnitas eſſentiæ ſimpliciſſima. Credo in Vnum Deum Patrem &c. Perſonarum Trinitas, Tres ſunt, qui teſtimonium dant in Cœlo &c. Ipſarum diſtinctio, quia vna perſona eſt diſtincta ab alia: Dicente Symbolo Apoſtolorum, in Deum Patrem, in Filium, & in Spiritum Sanctum Credo; Et originatio vnius perſonæ ab alia teſte Sancto Athanaſio; Filius à Patre ſolo eſt, Spiritus Sanctus à Patre, & Filio; Pater verò

à nullo: vt ergo aliquid verè imago dicatur in rationali creatura oportet; vt omnia ſupradicta habeat, & vltra, imitationem eſſentialem ad ipſam Trinitatem, quam repræſentat, ſcilicet Trinitatem.

Sed, vt clarius, & facilius dicta ſecundũ aliquos Theologos intelligantur, videnda ſunt, quæ ſunt in mente humana: experimur enim in nobis eſſe actum intellectionis, & actum volutionis, qui ſunt intelligere, & velle; & eſſe aliquo modo in poteſtate noſtra. ſed obiectum præſens requiritur; ergo oportet in nobis ponere principia actiua iſtorum actuum. Quibus poſſumus actus producere prouenientes ab huiuſmodi principijs. Et aduertendum eſt duo genera actuum in nobis adinueniri; quorum actuum aliqui dicuntur primi, à quibus, proueniunt ſecundi, & iſti ſunt: Intellectus, Memoria, & Voluntas; Alij ſunt ſecundi, & vocantur intelligere, velle, & memorare, qui actus, tàm primi, quàm ſecundi, dicuntur in Deo ſubſtantiales. In nobis autem, primi, ſubſtantiæ, & ſubſtantiales dicuntur; non autem ſecundi: cum in nobis ſint
*Not.* verè accidentia. Nec miremini ita diferre, quoniam non dicuntur, vniuocè, nec ſecundum eandem rationem in Deo, & in nobis. Nec vnum iſtorum actuum principium poni alterius. Quoniam intellectus, non poteſt dici principium volitionis, ſed intellectionis. Nec voluntas intellectionis, ſed volitionis, ita applicandum eſt de memoria, & præcipuè, quoniam non ſolùm iſtorum actuum ſunt plura principia, ſed etiam

di-

Digitized by Google

diuerſi modi, principiandi, cum intellectus naturaliter agat, & ſic potentia naturalis; Voluntas autem liberè, quia libera eſt, & liberè agit.

Nunc autem de imagine loquuturi, ſecundum mentem Scoti, & declaraturi in quo, ſeu in quibus complete, & perfectè conſiſtat, non contradicendo, nec mordendo, nec alios redarguendo, ſed potius, quòd ſentio ponendo, & ſicut de tali imagine ſubtiles loquuntur, vobis adducam, quæ in ſequentibus adducuntur, ponamus; & primum reſolutè, & diſtinctè dicimus; Imaginem non conſiſtere in actibus primis, quod intelligendum eſt, ſine præciſione, & excluſione aliorum, ad ipſam concurrentium, ſed ſimpliciter tantum, & abſolutè. Nec in actibus ſecundis cum eadem gloſa, nunc immediate poſita, quia cum tàm illi, quàm iſti ſint tantum duo, ſcilicet intellectus, & voluntas, vel intelligere, & velle, vt primos à ſecundis, & ſecundos à primis diſtinguamus; imago, vt ſic dualitatis eſſet, & minimè Trinitatis. Addens in actibus primis tantùm eſſe conſubſtantialitatem, minimè verò diſtinctionem realem rei, & rei; nec ibi origo adinuenitur, cum vnus eorum non ſit ab alio. Quia non intellectus à volontate, nec voluntas ab intellectu; In actibus verò ſecundis, licèt aliqua ſit diſtinctio, & origo. Haùd tamen conſubſtantialitas, quæ omnia verè requiruntur ad imaginem veram, Trinitatis perſonarum, & vnitatis eſſentiæ. *Not.*

Strictius, & breuius magiſq; compendiosè, quàm



Digitized by Google

prius, ſecundum Doctorem Subtilem dicamus. Perfectam imaginem Trinitatis conſiſtere in actibus primis, & ſecundis ſimul; Sic intelligendo. Anima habet aliquam perfectionem in ſe, ſecundum quam actus dicitur primus, reſpectu notitiæ genitæ, & habet aliam perfectionem, ſecundum quam recipit hanc notitiam genitam formaliter, & habet aliam perfectionem, ſecundum quam formaliter recipit volitionem. Quæ perfectionis dicuntur, memoria, intelligentia, & voluntas, vel animæ intellectiua habens ipſas.

Memoria hic accipitur pro principio totali reſpectu notitiæ genitæ, & talis memoria includit intellectum, & obiectum ſibi præſens, vel in ſe, vel in aliquo repreſentante; Comprehendit etiam Memoria perfectam voluntatem, quæ eſt principium actus volendi.

Intelligentia hic accipitur pro intellectu informato actu intelligendi, voluntas informata actu volendi; vnde per memoriam repreſentatur Pater, habens vtranq; fœcunditatem, ad gignendum, & ſpirandum, idq; à ſe. Per intelligentiā repræſentatur filius, qui producitur, vt notitia genita. Per voluntatem Spiritus Sanctus, per modum amoris productus. Vel aliter poſſumus ſecundum Diuum Auguſtinum dicere, ideſt mentem comprehendentem intellectum, & voluntatem repræſentare Patrem, notitiam Filium, amorem verò Spiritum Sanctum, &

ſic

Digitized by Google

ſic in actibus primis, & ſecundis ſimul.

Simul ergo omnia colligite. Imaginem requirere eſſentiæ vnitatem, perſonarum Trinitatem, originationem, proceſſionem, & alia ſuperius dicta. Quapropter benè concludit Doctor Subtilis, non tantum conſiſtere in actibus primis, & ſecundis; ſed in his, & in alijs requiſitis.

At cum multa de imagine dixerimus, veſtigium quare derelinquimus? Cuius ſuperius mentionem fecimus. Obſeruantes documentum Ariſtotelis prius diſtinguendum eſſe ducimus, cum ſecundum Theologos multiplex ſit, & multipliciter dictum.

Pro Dei prouidentia. Sapientia Dei, inſipienti forſitan veſtigium Dei comprehendens. Opus Chriſti in mundo veſtigia eius ſecutus eſt Pater meus. Quidam radius creaturæ in cognitionem deducens Creatoris, per modum partis, quomodo accipitur veſtigium in præſenti. Et in creaturis omnibus eſt veſtigium reſpectu appropriatorum. Diuinis perſonis, ſcilicet vnum, quod Patri appropriatur, qui eſt principium originatorum. Verum, quod filio appropriatur; bonum, Spiritui Sancto. *Not.*

Quærenti autem in quibus Creaturis ſit veſtigium Creatoris, reſolute ſatisfaciendum eſt, quod in omnibus, in quibus vltra multa alia relucet eius ſumma bonitas, vnum ex appropriatis diuinis perſonis. *1. Diff.* *Solut.*

In quibus verò imago? *2. Dub.*

Quod tantum in rationalibus, in quibus inue- *Solutio.*

niun-

niuntur actus ad ipſam requiſiti cum alijs concurrentibus.

**Docum.** Nos igitur, qui ſicut teſtatur Moyſes, ſumus ad imaginem, & ſimilitudinem Dei facti, ita incedamus, operemur, & viuamus, vt tandem Deo Creatore, videamus, & fruamur. Amen.

## LECTIO DECIMAQVINTA.

*Patris, & Filij vna eſt diuinitas &c.*

NE quis inſipiens ex iam dictis crederet; quòd alia eſt Perſona Patris, alia Filij, alia Spiritus Sancti, diuinam eſſentiam, diuiſibilem eſſe, atq; multiplicabilem; Cum id Creaturis competat finitis, & compoſitis, ac per partes, diuinis perſonis productis communicari; quia ſimplex, & ſumme ſimplex, & ſimpliciſſima eſt. Immò tanta eſt eius ſimplicitas, quòd aliquando ab aliquibus Theologis vocatur ſimpliciter ſimplex, illos terminos confundentes, ideſt ſumme ſimplex, & ſimpliciter ſimplex. Quoniam ſi de ipſis propriè loquamur. Summe ſimplex illud dicitur, quod non eſt compoſitum, neq; componibile. Simpliciter verò ſimplex vocatur, quod non eſt reſolubile in vlteriores conceptus, & totaliter ſcitur, vel totaliter ignoratur; at confuſiue aliquando vnum accipitur pro altero, ſub propria verò acceptione, & ſignificatione accipientes, dicere debemus diuinam naturam ſumme ſimplicem eſſe minimè ſimpli-

(Margin notes: *Not.* beside "compoſitis"; *Not.* beside "quòd aliquando"; *Not.* beside "diuinam naturam".)

pli-

pliciter ſimplicem. Cum in conceptum, entis, & ſubſtantiæ ſit reſolubilis, ac reſolui poſſit.

At redeuntes ad illud à quo egreſſi ſumus, eam ſuple naturam diuinam, nequaquàm dicimus eſſe diuiſibilem, & multiplicabilem. Quamobrem ſtatim ſubdidit Sanctus Athanaſius. Patris, & Filij, vna eſt diuinitas, æqualis gloria, & coæterna maieſtas. Quod ſinguli fideles etiam de Spiritu Sancto fateri tenentur. Ideo addidit, & Spiritus Sancti; Quia tota cuilibet perſonæ communicatur, quibus communicatur, & tota in qualibet perſona reperitur, & exiſtit, quod ideo additur, ne quis male intelligens eam crederet non eſſe in Patre, quia ſibi à nulla alia perſona eſt communicata? cum ſit à ſe, & à nullo procedens, in cuius comparatione, nulla creatura quacunq; illa ſit, & vbicunq; ſit, & qualis ſit, ſecundum Magiſtrum Sententiarum ſimplex dici poteſt, ſed multiplex, & compoſita, ſicuti ſecundum Diuum Auguſtinum, quamuis noſtrum eſſe, abſolutè conſideratum vocari poſſit eſſe; reſpectu tamen eſſe Dei, non eſſe, rectius nominari poteſt. Non poteſt dici ſimplex Creatura corporalis, quia compoſita eſt ex materia, & forma, actu, & potentia &c. Nec Creatura ſpiritualis, quia & ſi anima reſpectu corporis, ſimplex dici queat. Non tamen in ſe, & eo minus reſpectu diuinæ eſſentiæ. Quia ſaltem compoſita eſt ex genere, & differentia, ex actu, & potentia, ex poſitiuo, & priuatiuo. Addens omnes Creaturas, quia finitæ ſunt, & limitatæ Not.



Digitized by Google

*Not.* in prædicamento reponi. Et ideo ab omni compoſitione nequaquam ſunt immunes: Non ſic Deus infinitus, nec aliquid formaliter dictum de Deo, reponitur in aliquo prædicamento; Nec prædicatorum multitudo, & attributorum ſuæ ſummæ ſimplicitati repugnat; Nec derelinquendum eſt, dicere Deum eſt immutabilem, quia infinitus eſt. Omnis autem Creatura mutabilis eſt; Primum confirmatur per illud Ego Deus, & non mutor, ſecundum autem per illud Iob. Nunquã in eodem ſtatu permanet: Ideo dicit Diuus Auguſtinus; Intelligamus Deum, quantum poſſumus; Quoniam quantum eſt intelligibilis, ſolum à ſuo intellectu intelligitur, & comprehenditur, cui propter infinitatem adæquatur; ſine qualitate bonum, ſine quantitate magnum, & ſine indigentia Creatoré, ſine ſitu præſidentem, ſine loco; vbiq; totum, ſine tempore æternum; nihilq; patientem, omniaq; de ſe valentem non implicantia contradictionem.

*1. Dub.* Verum aliquis poſſet dicere. Quomodo diuina eſſentia, quæ Deus eſt, ſit ſimpliciter ſimplex cum reſolubilis ſit.

*Solut.* Iam reſponſum eſt locutionem illam, accipi pro ſumme ſimplici, quod a nullo de Deo negatur. Quia propriè non reſoluitur in vlteriores conceptus, vel totaliter ſcitur, vel totaliter ignoratur; conceptus autem Dei reſoluitur in ens, Spiritum infinitum, in comprehenſibilem, ſubſtantiam &c. Ideo dicunt aliqui Scotiſte, quod & ſi conceptus Dei poſſit reſolui in quali-

tatem; & modum, vt in Spiritum, & in comprehenſibilitatem, in ens, & infinitatem dicendo, Deus eſt ens infinitum. Deus eſt ſpiritus incomprehenſibilis; non autem in quid, & quale; quia tunc eſſet in prædicamento, vel compoſitus; ſaltem ex genere, & differentia, quòd dicere abſurdum eſt in fide, & omnes Catholici abhorrent. Et ideo Deus non totaliter ſcitur, neq; totaliter ignoratur cum multi cognouerint Deum eſſe ens &c. ſed ignorarunt eum eſſe infinitum, immenſum, omnipotentem, & alia, quæ credit fides noſtra, & docet Sancta Mater Eccleſia. *Not.*

Sed dicentem audio, quomodo defendi poteſt, Deum non eſſe in prædicamento, nec aliquid de ipſo formaliter dictum; eſto quòd, ſit ſubſtantia, & ſecundum Patrem Damaſcenum, Diuina eſſentia ſit ſpecies reſpectu diuinarum perſonarum, & vbi eſt ſpecies, ibi eſt genus; quoniam correlatiua ſunt, & ſecundum regulam Ariſtótelis, poſito vno Relatiuorum ponitur, & reliquum. Inſuper eſt bonus, ſapiens, omniſciens, clemens, miſericors, &c. In quo etiam ſunt relationes, Paternitas, Filiatio, & Spiratio, & à multis concedi ſolet, duo in diuinis eſſe prædicamenta, ſcilicet ſubſtantiam, & relationem. *2. Dub.*

Cui difficultati ſatisfacit, & obuiat ſua ſancta doctrina, Sanctus Thomas, dicens nec Deum, nec aliud de ipſo formaliter dictum; eſſe in prædicamento, ab omnibus etiam communiter aſſertum, quòd & multipliciter probat. *Solut.*



Digitized by Google

Omne, quod eſt in genere addit aliquid ſuper genus, & ſic eſt compoſitum, quæ compoſitio non ponitur in Deo, in omni tali differt ſua quidditas, & ſuũ eſſe, non ſic in Deo, quia eſſe diuinum colligit in ſe omnium prædicamentorum nobilitates, & ſic ad nullum determinatur genus. Addit Scotus aliam rationem dicens. Omne, quod eſt in genere, eſt finitum, quia realitas, à qua ſumitur genus eſt potentialis reſpectu illius, à qua ſumitur differentia, Deus autem infinitus, & actus purus.

*Nota.* Deus autem dicitur ſubſtantia abuſiue, ideſt non eodem modo, quo Creaturæ, quia à nullo dependet, nec accidentibus ſubſtat, ſed benè per ſe ſtans, & per ſe ſubſiſtens; quia licet perſonæ diuinæ originatę ſint, & productæ, ideſt Filius, & Spiritus Sanctus: non tamen ſunt cauſatæ, dependentes, & creatæ; relationes etiam, quæ de Deo dicuntur non ſunt in prædicamento, ſicut nec formaliter finitę, vel infinitę, licet identicè; ſed vt nihil dictum, & irreſolutum deſeramus, multaq; in ſuperioribus ſub multis verbis, & prolixè nimis dicta ſint, ſub breuitate reſumenda, repetenda, & declaranda fore ſum arbitratus. Et ideo ſub

*Not.* compendio omnia comprehendens. Dico ad primam auctoritatem, quæ videtur, ſimplicitati, infinitudini, & illimitationi ipſius Dei, applicationem illius, & aliorum vobis relinquens. Deum dici ſubſtantiam abuſiuè, ideſt ſolum, quantum ad id quod perfectionis eſt, vel quod non eſt, prædicamentalis. Ad

illud

Digitized by Google

illud autem Patris Damaſceni, quod in proprie diuina eſſentia dicitur ſpecies, quia non multiplicatur, nec ſub aliquo genere continetur, quæ etiã multa alia requirit, ſed dicitur ſpecies, quia pluribus indiuiduis communicatur, Filio, & Spiritui Sancto; Et quanto plures ſunt homines, tanto maior eſt ſpecies, quia non tota natura in Petro, non tota in Paulo, &c. ſed in his, & in alijs diuiſa, & multiplicata.

At ſic non eſt dicendum de diuina, quæ vna eſt, in diuiſa, & non multiplicata in Patre, Filio, & Spiritu Sancto.

Nec eſſe miſericordem, & clementem ipſius obuiat ſimplicitati; illud autem quod nouiſſimè allegatur ita reijciendum eſt, in Deo duos eſſe modos prædicandi, ſcilicet per modum ſubſtantiæ, & relationis; nequaquam autem duo prædicamenta, quod ſi verum eſſet, concluderet illa ratio. At hoc negandum eſt, & ſic ſtat in ſuo eſſe, vera Dei ſimplicitas, vt opponitur compoſitioni, non attributorum, & prædicatorum multitudini.

Taceant ergo, & obmuteſcant contrarium ſentientes, & nos in hac veritate, tanquam Catholici ſimus perſiſtentes.

Nullus inſuper miretur de vna propoſitione ſuperius poſita, relationes, ſcilicet, originis, formaliter non dicere perfectionem, neq; imperfectionem, neque eſſe perfectas, nec imperfectas; quia ſi ſic, aliqua perfectio eſſet in vna perſona, quæ non in altera; 3. Dub.

Cum Paternitas in Patre, & non in Filio; Filiatio in Filio, & non in Patre, Spiratio paſſiua in Spiritu Sancto, & non in Filio.

Sunt tamen perfectę identice, quia identificantur, cum diuina eſſentia. Poſſet ne aliquo modo ſuſtineri diuinas relationes, & proprietates perſonales dicere aliquam perfectionem?

De communibus non eſt dubitandum, vt ſunt identitas, æqualitas, & ſimilitudo, idem enim Pater, idem Filius, & Spiritus Sanctus, & ſic de alijs &c. ſi autem de proprijs, vt de Paternitate &c. dicunt nonnulli Scotiſtę dicere perfectionem entitatiuam, quia entia ſunt.

Aliter perſonæ diuinæ conſtituerentur in eſſe perſonali, per ens, & non ens, quoniam per eſſentiam, quæ eſt ens, & Paternitatem, quæ ſecundum iam conceſſam per hypoteſim, non eſſet ens; & ſic de alijs duabus perſonis dicendum eſt, tamen non eſt inconueniens dictam perfectionem eſſe, in vna perſona, & non in alia, ſecus dicendum eſt de formali, vnicuiq; hoc aduertendum ducens, quod ſecundum formaliſtas priusquàm ens diuidatur in decem prædicaméta, prius diuiditur in quantum, & non quantum, & ſub non quanto continentur relationes: Sapientia, bonitas, &c. ſunt tranſcendentia.

Nec obſtat ſapientiam, & ſcientiam non omnibus conuenire.

Ne dicantur tranſcendentia, ſed ſat eſt, vt non ha-

habeant ſupraueniens genus; iuxta illud Porphyrij. Generaliſſimũ eſt, quod nõ habet ſupraueniens genus.

Multiplicatur natura Creata, & non diuina, quia hæc ſecunda ſimplex eſt, & infinita, non prima. *Not.*

Ipſi ergo, qui extra genus eſt, in ſe continenti eminenter perfectiones omnium Creaturarum adhæreamus, iuſtè, ſobriè, & religioſe viuentes in hoc ſæculo, expectantes beatam ſpem, & aduentum Gloriæ magni Dei, cui ſit honor, & gloria per infinita ſæcula ſæculorum. Amen. *Docum.*

## LECTIO DECIMASEXTA.

*Vna eſt diuinitas æqualis &c.*

VT nos ab errore Arrij remoueat Sanctus Athanaſius, dicentis filium Patre eſſe minorem, & & Maximini aſſerentis Patrem generaſſe Filium, ſed non potuiſſe generare æqualem, ideò adducta perſonarum Trinitate. Dicens alia eſt perſona Patris, alia filij, alia Spiritus Sancti. Statim ſubiunxit oſtendens ipſarum æqualitatem, vna eſt diuinitas, æqualis gloria, coęterna maieſtas. Idem confirmans S. Auguſtinus, vna non præcedit aliam æternitate, non ſuperat magnitudine, nec excedit potentia; in qua auctoritate præſupponit tanquam verum, & conceſſum ab omnibus fidelibus, & à Sancta Eccleſia edoctum.

Tres diuinas perſonas eſſe æque æternas, magnas, & omnipotentes, & qui ſecus crederet, potius infi- *Not.*

delis,

delis, & Hæreticus appellandus eſſet, quàm Fidelis, & Catholicus; idem confirmante Sententiarum Magiſtro, dicente, quòd Pater non eſt Filio maior, nec Filius Spiritu Sancto, nec maius aliquod duæ perſonæ ſunt ſimul, quam vna; nec tres ſimul maius, quã duæ; Nec maior eſt eſſentia in tribus, quàm in duabus; nec in duabus, quàm in vna; quia tota eſt in ſingulis, dicente Patre Damaſceno, Confitemur Deitatis naturam omnem perfectę eſſe in ſingulis ſuarum Hypoſtaſum, ideſt perſonarum omnem in Patre, omnem in Filio, omnem in Spiritu Sancto. Ideò perfectus Deus Pater, perfectus Deus Filius, perfectus Deus Spiritus Sanctus. Coęternæ enim ſibi ſunt, & coæquales, perſonæ diuinæ, vna eſt diuinitas, æqualis gloria, coæterna maieſtas; æquales enim ſunt in æternitate, æternus Pater, æternus Filius, æternus Spiritus Sanctus, in Potentia, omnipotens Pater, omnipotens Filius, omnipotens Spiritus Sanctus, in magnitudine, quia in ipſis tribus perſonis, vna natura, vna eſſentia, tota in ſingulis; in immenſitate, Immenſus Pater, immenſus Filius, immenſus Spiritus Sanctus; in deitate, Deus Pater, Deus Filius, & Deus Spiritus Sanctus; in dominio, Dominus Pater, Dominus Filius, & Dominus Spiritus Sanctus, & vt perfectè, credendum eſt, vnuſquiſq; credat, & confiteatur; quæ ad fidem ſpectant Trinitatis, addit non duo Dij, non duo Domini, non tres Dij, ſed vnus Deus, ſicut non tres omnipotentes, non tres immenſi, non

tres

Digitized by Google

tres increati, ſed vnus increatus, immenſus, æternus, &c.

Quid ſi trinum, & vnum dicamus? erit ne in fide error? ſi ſanè intelligatur; nequaquam: vnus in eſſentia, & trinus in perſonis. Creditis Sancto Athanaſio? magis credite Chriſto. Ego, & Pater vnum ſumus? *Not.*

Quomodo autem aliquis dicere poſſet, totam plenitudinem potentiæ in tribus exiſtentem, eſſe in vna? cum Doctor Subtilis poſtquam demonſtrauit, cauſalitatem omnium rerum in triplici genere cauſæ de neceſſitate in tribus eſſe perſonis diuinis, in quocunq; eſſe, ideſt eſſentiæ, exiſtentiæ, & ſubſiſtentiæ. Idq; ſecundum ipſum, in ſecundo inſtanti naturæ, cum in primo habeatur eſſe diuinarum perſonarum, ideſt Pater à ſe, Filius à Patre ſolo, & Spiritus Sanctus à Patre, & Filio. *Not.*

In quo primo inſtanti, creaturæ nullum habuerunt eſſe, nec cognitum, nec volitum, neq; eſſentiæ, neq; exiſtentiæ, neq; ſubſiſtentiæ; quia vt ipſe infert, tunc verbum fuiſſet de lapide. At in ſecundo inſtanti naturæ fuerunt Creaturæ, quia vna eſt trium diuinarum perſonarum ad extra operatio. ſi autem per impoſſibile eſſet, tantum, vna perſona abſoluta, & notanter dicitur per impoſſibile, quia tres diuinæ perſonæ ſunt neceſſe eſſe, & non poſſunt non eſſe. quia ſi poſſent non eſſe, non eſſent neceſſe eſſe. quoniam neceſſe eſſe, opponitur contingenter eſſe, ſicut *Not.* *Not.*

poſſi-

Digitized by Google

poſſibile eſſe contrariatur neceſſe eſſe; ſi poſſibile eſſe accipiatur, pro contingenter eſſe, ſed non, vt opponitur impoſſibili eſſe, ideo Deum eſſe, poſſibile eſſe, vt conuertitur cum contingenti; hæreticum eſt dicere; catholicum verò, ſi accipiatur, vt opponitur impoſſibili, ſiue illa perſona tantum, ſit Pater, Filius, vel Spiritus Sanctus; ſi in tali perſona eſſet omnis plenitudo potentiæ, quod idem eſt dicere, ſi illa ſola eſſet per impoſſibile.

*Not.*

1. *Dub.* An poſſet creare, conſeruare, & alia opera facere, quæ tres faciunt?

*Solut.* Cui difficultati reſpondet Doctor Subtilis, quòd ſic, quoniam non aliquid maius tres ſunt ſimul, quam vna. Verum quia niſi obliti eſtis in ſuperioribus diximus; Filium per omnia Patri eſſe æqualem teſtimonio Diui Athanaſij; æqualis Patri ſecundum diuinitatem. Qualiter hoc verum ſit, cum Filius in diuinis alium filium generare non poſſit, quod à Patre æternaliter actum fuit, teſtimonio Regij Prophetæ in perſona æterni Patris; ante Luciferum genui te; & Ieſu Chriſti Domini noſtri, antequam Abraham fieret, ego ſum.

2. *Dub.*

*Solutio.* Id enim ſecundum Theologos, hac de cauſa factum eſt, ne immoderata in diuinis eſſet generatio; quòd enim nunc de hoc filio dicitur, idem de alio, & alio, ab eiſdem nimium curioſis inquireretur, & tunc quaternitas, & non trinitas eſſet; & ſecundum Scotum ſequeretur hoc inconueniens; quòd eadem

ra-

ratione, poſſent eſſe infinitæ generationes.

Quoniam omnes eſſent eiuſdem rationis, & ſic eſſent infiniti filij. 3. Dub.

Nec ex hoc ſequitur, Filium eſſe impotentiorem Patre, quoniam obiectum omnipotentiæ eſt ens cauſabile, & non producibile, vt ſunt Filius, & Spiritus Sanctus; cum catholice dici non poſſit, Patrem eſſe cauſam Filij, Patrem, & Filium eſſe cauſam Spiritus Sancti, quia cauſa, & cauſatum diſtinguuntur: realiter, naturaliter negandum ab omni Catholico de diuinis perſonis; ſed dicuntur diuinæ perſonæ productæ; de quibus hoc dici poteſt? de Filio, & Spiritu Sancto, cum Pater dicatur improductus; ideo vt iam dictum eſt obiectum omnipotentiæ, non eſt ens ad intra, ſed ad extra, & ideo ſi Filius non poſſet aliquid facere, vel creare ad extra, quòd Pater faceret, vel crearet. Proculdubio eo impotentior eſſet, quod à nullo ſane mentis dicendum eſt, vel poteſt dici in Filio eſſe intellectũ fœcundum, non vt fœcundum, quia tota virtus eſt in ſola eius generatione exhauſta. Solut. Not. Not.

Vel ſecundum aliquos dicendum eſt, eſſe virtutem generandi in potentia remota, non autem propinqua, vel dicamus filium poſſe, quicquid eſt perfectionis in actu generandi, quia potentia generandi eſt aliquid abſolutum, tribus commune, vt memoria fœcunda, vna in tribus, non tamen in tribus vt fœcunda, ſed ſolum in Patre, quia tunc tres generarent, & ſic eſſent tres Filij, ſed in vnica Filij gene-



Digitized by Google

ratione tota virtus eſt exhauſta, vel quia habet terminum adæquatum; nec propter hoc, quia Filius non generat alium Filium. Patre dicendus eſt impotentior ſecundum Sanctum Thomam; quia diuinæ potentiæ æqualitas non attenditur penes prædicata notionalia, vt ſunt generare, generari, ſpirare, & ſpirari, ſed in comparatione ad actus eſſentiales interiores, vt ſunt intelligere, velle &c. vel exteriores, vt creare, ſaluare, &c. & quod iſta eſt æqualis in tribus perſonis, ſicut vna eſſentia, & natura.

*Nota.* De qua æqualitate inter diuinas perſonas, nemo miretur, quia, & ſi in quantitate fundetur, & ibi quantitas non reperiatur, ſecundum quam æquales, vel inæquales dicimur, quæ proprietas quantitati propria, propria eſt, Nam ſibi ſoli conuenit. Nam vt dicit Doctor Subtilis, quantitas eſt duplex, ſcilicet extenſa, molis, & corporea ſolum in corporibus repoſita, & eſt in prædicamento quantitatis; Alia verò intenſa, virtutis, & perfectionis, quæ in incorporeis, & ſpiritualibus reperitur, & hæc non eſt prædicamentalis. Prima non eſt in Deo, ſimplici, incorporeo, & inmateriali, de qua loquuntur Chriſtiani, cum à Deo *Not.* remoueant quantitatem. At ſecunda tranſcendens eſt, & de iſta ſermonem faciunt Chriſtiani cum Deũ quantum dicunt: teſte Regio Propheta Magnus Dominus, & laudabilis nimis, & magnitudinis eius non eſt finis, & S. Auguſtino in his, quæ mole magna non ſunt, idem eſt maius, quod melius.

Super

Super quam magnitudinem fundatur, diuinarum perſonarum æqualitas, in quibus eſt vna tantùm.

Sicut autem Deus dicitur trinus verè, & Catholicè, vnum dicentem audio, ſi poſſit dici triplex. 4 Dub.

Reſpondet Sententiarum Magiſter ex Doctrina Sancti Auguſtini negatiue; quia non ex eo, quod Deus trinus eſt, triplex putandus eſt, alioquin minor eſſet Pater ſolus, Filius ſolus, Spiritus Sanctus ſolus, quàm ſimul, Pater, Filius, & Spiritus Sanctus quod falſum eſt, vt idem dicit; cum tantus ſit Pater ſolus, Filius ſolus, Spiritus Sanctus ſolus, ſicut Pater, Filius, & Spiritus Sanctus ſimul, triplicitas enim non eſt, vbi eſt ſumma vnitas, & indifferens æqualitas, trinus ergò non triplex dicitur. Non enim in trinitate, vt in corporeis, in quibus plura ſunt duo, quàm vnum, tria quàm duo, non ſic in diuinis, vbi tantus eſt, Pater ſolus, Filius ſolus, Spiritus Sanctus ſolus, quam Pater, Filius, & Spiritus Sanctus ſimul. Solut.

At quoniam Sanctus Athanaſius proſequens ſuum Symbolum dicit, coæterna maieſtas, iurè aliquis me interrogare poſſet: ſi Pater, à quo æternaliter genitus, eſt Filius, poſſit aliquo pacto prior dici Filio. 5. Dub.

Secundum S. Athanaſium pro nunc reſpondeo, & in hac Trinitate nihil prius, aut poſterius, quid clarius expoſcitis? in diuinis perſonis duo eſſe, ſcilicet eſſentiam communem, & quantum ad hoc nulla eſt prioritas, & relatio diſtinguens perſonas, nec quantum ad hoc eſt aliqua prioritas inter diuinas perſonas, Solut.

cum relatiua ſint ſimul tempore, intellectu, & natura, & concludendum nullam perſonam eſſe priorem alia, & ideo dicit coæterna maieſtas. Et in hac Trinitate nihil prius, aut poſterius; cum igitur in tribus perſonis ſit vna diuinitas, & coæterna maieſtas.

*6. Dub.* Quoniam vna eſſentia in tribus, & tota in ſingulis, an ſicut iſta ab omnibus communiter conceditur, & eſt vera, Pater genuit Filium, ſibi coęternum, & coęqualem, an iſta poſſit concedi, & ſit vera, eſſentia genuit, vel generat Deum Patrem, vel ſe ipſam.

*Solut.* Dicitur abſq; dubbio, & firmiter à Chriſtianis Theologis, quod non; quia eſſentia eſſet relatiuum; & non eſſet eſſentia, cum generans referatur ad ſuum genitum realiter, ſicut relatiuum, ad ſuum correlatiuum. Inſuper ſequeretur, quòd eſſentia à ſe, vel à ſuo genito, ſeu perſona genita, realiter eſſentialiter diſtingueretur, cum generans, & genitum realiter diſtinguantur.

Teſte D. Auguſtino, nihil generat ſeipſum, quapropter firmiter concedendum eſt non generare, neq; generari, ne cum Abbate Ioachim Erremus, & à vera fide deuiemus.

*Docum.* Maieſtatem iſtam ergò ſuppliciter, & humiliter exoremus, vt nobis Spiritum largiatur, cogitandi, quæ recta ſunt propitius, & agendi, & ipſum reuerendi, vt pariter corpore caſti, & corde mundi, ipſum in Cœlis videre mereamur. Amen.



Digitized by Google

## LECTIO DECIMASEPTIMA.
### *Qualis Pater, talis Filius, &c.*

QVamuis perſonæ diuinæ in proprietatibus perſonalibus diſtinguantur, ſcilicet in Paternitate, Filiatione, & Spiratione. Nam prima eſt in prima, ſecunda, in ſecunda, & tertia, in tertia; Et prima, Paternitas, nominata eſt in illa, quæ à ſe, ſecunda, in illa, quæ eſt a Patre; tertia in illa, quæ eſt à Patre, & Filio. Tamen in proprietatibus proprijs Deo, & communibus omnibus diuinis perſonis omnes ſunt coæquales, vt in magnitudine, æternitate, & maieſtate, omnipotentia, immenſitate, deitate, dominio, &c. æternus Pater &c. immenſus Pater &c. omnipotens Pater &c. Increatus Pater &c. hac de cauſa ſequitur Sanctus Athanaſius hanc æqualitatem oſtendens. *Not.*

Qualis Pater, talis Filius, talis Spiritus Sanctus.

Pro quorum clariori notitia aduertendum eſt, quod nominum, quæ de Deo dicuntur, alia ſunt propriſſima, vt illud exo di, qui eſt, miſit me ad vos, ſic dixit Deus Moyſi quærenti nomen eius; quando miſſus fuit ad Pharaonem, vt dimitteret perturbare populum ſuum, quærenti de nomine eius dixit, qui eſt &c. & iterum. Ego ſum, qui ſum, & nomen meũ &c. & hoc nomen proprium eſt ipſius Dei, qui non eſt ab alio, nec tanquam creatus, nec factus, nec dependens, nec cauſatus; quoniam omnia iſta imperfectio-

fectionem aliquam in cauſato, dependente, creato, & facto important. Quarum nulla eſt in Deo, quoniam ſi aliqua in eo eſſet imperfectio; Deus nullo pacto dicendus eſſet; in quo omnis perfectio, in ſummo eſt ponenda, & quælibet imperfectio remouenda.

**1. Dub.** Et occurrens illi difficultati, quam aliquis curioſus inferre poſſet. Inquiens Filium eſſe à Patre, & Spiritum Sanctum à Patre, & Filio; ergò per iam dicta non videntur eſſe Dij, cum ſint ab alio.

***Solut.*** Cui Catholice ſatisfaciendum eſt, eſſe quidem dictas perſonas ab alio, ſeu ab alijs, vt iam tactum eſt; id tamen ipſarum æternitati, maieſtati, & deitati, nullactenus repugnat; cum non ſint per creationem, & factionem, quia non ſunt, nec creatæ, nec factæ, ſed æternaliter genitæ, vel productæ, eo ordine quo, & à quibus docemur in Sacris litteris. Alia autem nomina, quamuis ſint propriȩ de Deo dicta; non ita propriȩ ſicut eſt, quorum nominum, aliqua ſunt eſſentialia, aliqua notionalia, aliqua perſonalia, aliqua appropriata, aliqua attributalia, aliqua propria, aliqua tranſlatiua, & ſimilitudinaria, &c.

Eſſentialia ſunt, quæ tribus perſonis conueniunt, ſicut eſſentia, de quo minimè admirandum eſt, quia ab eſſentia deriuantur; ex quo cognoſcere vnusquiſq; poterit, quæ ſint nomina eſſentialia; quia tribus diuinis perſonis conueniunt, ſicuti eſſentia diuina, vt intelligere, velle, bonus, ſapiens &c. Iterum ad notandum eſt, eſſentialia eſſe bipartita, quædam ad intra,

tra; alia ad extra; ad intra illa ſunt, quæ non importãt *Not.*
reſpectum ad extra, ſed Deo conueniunt in ſe, & per ſe, ita quod niſi Deus operaretur ad extra, illa ſibi conuenirent, vt eſſe bonum, ſapientem, intelligentem, &c.

Alia ad extra, quæ de formali dicunt, voluntatem diuinam, quæ eſt infinita, & in tribus vna, & principium formale talium operationum. De conotato verò relationem ad creaturam, quæ non eſt relatio realis ex parte Dei, ſed tantum rationis, quia Dei ad creaturam nulla eſt relatio realis; vt ſunt creare, gubernare, prædeſtinare, pręmiare, vocare, ſaluare &c. Realis verò relatio eſt creaturæ ad Deum, cum habeat omnes conditiones ad illam requiſitas; vocantur eſſentialia, quia tribus perſonis diuinis conueniunt, ad extra, quia conotant ipſam creaturam, perſonalia, vt Pater, Filius, & Spiritus Sanctus, quæ nomina diuinas ſignificant perſonas; appropriata, vt Potentia, Sapientia, & Bonitas, quæ licèt tribus conueniant; quoniam Omnipotens eſt Pater, Omnipotens Filius, Omnipotens Spiritus Sanctus; Sapiens Pater, Sapiens Filius, & Sapiens Spiritus Sanctus, Bonus Pater, Bonus Filius, Bonus Spiritus Sanctus. Nihilominus ad extirpandum errorem, & tollendam Hæreſim illorum, qui de diuinis perſonis, iudicare volebant eodem modo, quo de humanis; in quibus eſt motus, mutatio, & temporis effluxio, cum multis alijs imperfectionibus, in quibus regulariter, Patres ſunt Filijs Sapientiores propter ætatem, & experientiam; Filij fortiores, &

magis

magis imperiti propter inexperientiam, & qui debent inter duos mediare, ſæpè ſolent malignari, magis vni adhærentes, quàm alteri; ne ſic in diuinis: Hæretici, & maligni iudicarent, ideſt dicere auderent, Patrem, quia Pater eſt, filio, impotentiorem, Filium Patre inſipientiorem, Spiritum Sanctum &c. Eccleſia Sancta Romana, Catholica, & Apoſtolica, omnium aliarum Eccleſiarum, Mater, & Magiſtra appropriauit Omnipotentiam Patri, Sapientiam Filio, Bonitatem, & Clementiam Spiritui Sancto; non quod vnum conueniat vni, & alterum alteri, ſed omnia tribus, cum ſint æquè omnipotentes, æquè ſapientes, æquè clementes, & omnia in omnibus perfectionem dicentia.

Attributa ſunt quædam perfectiones ſecundariæ acceptæ ex creaturis, & per viam remotionis, ac eminentiæ in ſummo ipſi Deo attributa, vt ſummè ſapiēs, iuſtus &c. vbi ſermo fit de attributis propriè ſumptis, quia ſi de talibus communiter fiat ſermo, quicquid de Deo dicitur, ſiue ſit prædicatum quidditatiuum, *Not.* vt ſubſtantia, ſpiritus, &c. ſiue ſit qualitatiuum, vt ſapientia, iuſtitia &c. omnia poſſunt vocari attributa, adnotantes prædicata qualitatiua poni in Deo, haud ſignificantia; accidentalitatem; accidentia enim à Deo remouentur, ſed vt diſtinguuntur contra prædicata quidditatiua, vt ens &c. Dicitur prædicatum quidditatiuum, ſubſtantia &c. Nam interroganti quid Deus ſit. Reſpondetur eſt ſubſtantia, ens &c. & non bonus, ſapiens &c. qualis autem ſit, clemens, bonus,

&ſa-

& ſapiens dicitur; ſi conueniens dari velit reſponſio, & non ſpiritus, & ens.

Notionalia ſunt Paternitas, Filiatio, Spiratio actiua, & paſſiua, quæ vni perſonæ, vel duabus ad plus conueniunt.

Notionale eſt, quod dicit reſpectum ad intra ſpectantem ad originem, quod vltimum, Ideo additur, vt differentia appareat ipſorum, & relationum communium, quæ & ſi dicant reſpectum ad intra, non tamen ſpectantem ad originem, vt ſunt identitas, ſimilitudo, æqualitas &c.

Notionale non poteſt omnibus diuinis perſonis cōuenire, ſed vni tantum, vel duabus ad plus, vt paternitas Patri, filiatio Filio, ſpiratio paſſiua Spiritui Sancto; vel ſpiratio actiua Patri, & Filio, qui ſpirant Spiritum Sanctum, qui ex Patre, Filioq; procedit; Spiritus Sanctus à Patre, & Filio, non factus, nec creatus, nec genitus, ſed procedens.

Quibus ſtantibus, aliquis quærere poſſet, quæ immediatiora ſint diuinæ eſſentiæ, Notionalia, vel eſſentialia. 2. Dub.

Satisfacit Scotus dicens, Notionalia pręcedere eſſentialia ad extra; cum prius communicetur eſſentia diuina tribus perſonis, & ipſæ ſint productæ, id eſt quod prius ſunt, Deus Pater, Deus Filius, & Deus Spiritus Sanctus, quàm Deus ſit Creator, Rector, Gubernator, &c. quod idem eſt dicere, quod iſtam veritatem prædicare, Filius prius eſt genitus à Patre, & Spiritus Solut.

Sanctus, ſpiratus à Patre, & Filio, antequam creaturæ habuerint aliquod eſſe, ſiue cognitum, ſiue reale, & quodcunq; illud ſit. Et ratio ſecundum Doctorem Subtilem aſſignatur talis. quando ſunt duæ productiones eſſentialiter ordinatæ, quarum vna de neceſſitate præſupponit alteram, ſecunda non poteſt eſſe, niſi completa prima, ſed diuinarum perſonarum productio, & creaturarum ſunt duæ productiones, quarum vna, idest Creaturarum præſupponit aliam, idest perſonarum diuinarum, ergò prior ipſarum ſimplex emanatio, quàm creaturarum creatio. Aliter dicendũ quod verbum eſſet de lapide, & opera Trinitatis ad extra eſſent diuiſa; ideo in illo primo inſtanti naturæ habetur eſſentia diuina perfectè in tribus perſonis communicata, & à ſe ſecundum fidei exigentiam; & in ſecundo inſtanti naturæ vnam cauſalitatem in tribus reſpectu omnium cauſabilium in quocunq; eſſe, cognito, volito, eſſentia, &c.

**3. Dub.** At dicentem audio, ſi iſtæ tres perſonæ diuinæ, in quibus eſt vna cauſalitas, reſpectu omnium cauſabilium in quocunq; eſſe, ſint vnum principium, vel plura?

**Solutio.** Reſpondet Sanctus Auguſtinus, ſicut Pater, & Filius ad Spiritum Sanctum ſunt vnum principium, ſic tres ſunt vnum principium creaturæ, & omnium cauſabilium ad iſta producenda; quoniam in ipſis vnus intellectus, & vnica voluntas, quibus producunt.

Per

Per quæ autem conſtitutiua diuinæ perſonæ conſtituantur, per abſoluta, vel per relationes originis; diuerſæ extant opiniones. 4. *Dub.*

Nonnullis dicentibus, per abſoluta; alijs verò per relationes originis, & hæc vltima ab omnibus communiter tenetur, & præcipuè Sanctus Thomas dicēs, quòd non omnes proprietates, & notiones conſtituunt perſonas, ſed illę tantùm, quibus perſonæ ab inuicem diſtinguuntur, ſicut Paternitas diſtinguit Patrem ab alijs perſonis, Filiatio Filium, & proceſſio Spiritum Sanctum. *Solut.*

Cum autem tantum ſint quinque diuinarum perſonarum notiones, Paternitas, Filiatio, Proceſſio, communis, ſpiratio, & innaſcibilitas; illa vltima, eſt ne diſtinguens principium? perſonam Patris ab alijs? 5. *Dub.*

Reſpondet Sanctus Thomas negatiue, quia innaſcibilitas eſt negatio, quæ fundatur ſuper affirmationem, ac ipſum ſupponit. principium diſtinctiuũ perſonæ eſſe non poteſt, ſed perſonæ diſtinctæ, proprietatem ſubſequitur; & ſic ſunt tantum tres proprietates perſonales, conſtituentes perſonas. *Solutio.*

In quarum perſonarum diuinarum viſione, & fruitione conſiſtit tota fœlicitas vera noſtra, & ſatietas; dicente Regio Propheta Satiabor tunc, cum apparuerit gloria tua; Et Sanctus Ioannes; Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant, addentes Scotiſte, & Ameni. Te verum Deum, ad quam fœlicitatem

tem nos conducat ille, qui eſt vnus, & Trinus. Amen.

## LECTIO DECIMAOCTAVA.

*Increatus, immenſus, &c.*

VIſo, in quibus differant perſonæ diuinæ, quoniam in proprietatibus perſonalibus, vt in Paternitate, Filiatione, & Proceſſione. Nunc incipit oſtendere in quibus conueniant, quia in æternitate, immenſitate, omnipotentia, &c. Increatus Pater, increatus Filius, &c. immenſus, &c. æternus, &c. Sicut enim omnes tres diuinæ perſonæ increatæ, & omnes aliæ perſonæ ab ipſis creatæ. Si enim eſſent creatæ, vel à ſe ipſis, & hoc non, quia nihil generat ſe ipſum, nec ex conſequenti creat. ſecundo creans, & creatum diſtinguuntur in eſſentia, non ſic diuinæ perſonæ, in quibus eſt vna eſſentia. tertio Filius, vel Spiritus Sanctus eſſent ex nihilo. Nam creare eſt ex nihilo aliquid facere, teſte Magiſtro, in ſecundo, & in hoc ſecundum eundem, & ibidem differunt creatio, & factio; quia creare eſt ex nihilo aliquid facere, factio autem eſt ex præiacenti materia, qua diffinitione ſtante, ipſius facere, videtur eſſe aliqualis implicatio in diffinitione ipſius creare. Quandoquidem factio, vt ex data diffinitione conſtat, eſt ex præiacenti materia, creare autem ex nihilo. Ita quod eſſet ex nihilo, & non ex nihilo, & creare non eſt facere.

*Not.*

Niſi

Niſi eſſet, quod facere, ideſt terminus iſte poteſt dupliciter accipi, vno modo propriè, & ſic accipitur in eius diffinitione; alio modo impropriè, vt idem eſt, quod producere. Et ita accipiendum fore in diffinitione ipſius creare, ideſt tantum valet ibi facere, ſicut producere; & hoc videntur innuere multi Theologi, & præcipuè Doctor Subtilis, vbi loquitur de creatione, quam diffiniendo loco generis ponit verbum producere, & non facere; meliori tamen iudicio ſemper me ſubmitto, ſicut & omnia mea, & præcipuè Sanctæ Matri Eccleſiæ Catholicæ, & Apoſtolicæ, & quæ paulò ante dixi non contradicendo, ſed potius conciliando.

Sed ad priora reuertens, Filium, & Spiritum Sanctum eſſe ex nihilo negatur à Magiſtro, quoniam iſtæ perſonæ ſunt de ſubſtantia Patris productæ. Non tamen diuiſibiliter, ſed indiuiſibiliter, & impartibiliter, cum tota eſſentia ſit in qualibet perſona, & eandem eſſentiam numero habent cum Patre; igitur increatæ. ſi diuinæ perſonæ ſunt ab alia perſona, ergo aliqua perſona eſt prior Deo, quod dicere maximum eſt in fide incommodum. Præterea dabitur aliquis alius creator à Deo, iterum ſequeretur quod Pater non eſſet principium omnium producibilium in Sanctiſſima Trinitate; & quod non haberet à ſe diuinam naturam, quæ omnia Catholicæ repugnant veritati, & Sancto Athanaſio dicenti, Pater à nullo eſt factus, nec creatus, nec genitus. Noti.

Idem

Digitized by Google

Idem de omnibus diuinis perſonis concludens, & affirmans infero, quod ſi non eſſent increatæ, de neceſſitate, ſequeretur quod eſſent creatæ, vt apparet per locum à diuiſione, quia omne quod eſt, aut eſt increatum, vt Deus, aut creatum, vt omnes creaturæ, quæ omnes ſunt creatæ, dicendo, vel formaliter, vel fundamentaliter, vt ſciunt Periti. Et ex iam inducto inconuenienti ſequeretur hoc aliud, quod haberent ab alio eſſe effectiue. Igitur eſſe poſt non eſſe, igitur non ſunt neceſſariæ, ſed poſſibiles, & ſic Deus poſſet eſſe non Deus, & quod peius eſt, non eſſe, quia ſi ab alia perſona iſtæ tres eſſent, ſecluſa illa perſona producente, iſtæ poſſent non eſſe, igitur non eſſent neceſſariæ, ergo Deus poſſet non eſſe, ſed hoc eſt falſum, atq; hæreticum dicere, & contra illud quod firmiter docet Sancta Mater Eccleſia Romana, Catholica, & Apoſtolica omnium aliarum Mater, & Magiſtra. Quapropter ab omnibus Catholicis fideliter ſentientibus firmiter tenendum eſt, & fideliter credendum, Deum eſſe omnium vniuerſalem Creatorem, hoc atteſtante Apoſtolorum Symbolo Creatorem Cœli, & terræ; Et in principio primi Geneſis, creauit Deus Cœlum, & Terram. Et Sapiens Eccleſiaſtici quarto. Vnus eſt Altiſſimus, qui creauit omnia, & quid plura? S. Ioannes eandem aſſerens veritatē apertè dicit, omnia per ipſum facta ſunt. Viſibilia, & inuiſibilia ſimplicia, & compoſita materialia, & ſpiritualia, & ideo Manicheorum Hæreſim deſtruens, & eradicans

dicans paulò poſt ſubſecutus eſt dicens, Et Mundus per ipſum factus eſt. Vbi de Mundo viſibili ſecundum Fideles fit mentio. Taceant ergò, & ob muteſcant Impij Heretici Manichei, & principalem veritatem in preſenti intentam, ſcilicet, Deum increatum eſſe prædicat, & docet S. Athanaſius, increatus Pater, increatus Filius, increatus Spiritus Sanctus.

Sed dicentem audio, cum ſecundum omnes Theologos, & rei veritatem in Sanctiſſima Trinitate duplex detur neceſſarium, ſcilicet ex ſe, & à ſe, vt Pater Diuinus. Neceſſarium ex ſe, quia habet naturam neceſſariam vti Pater eandem numero, & ab alio originatiuè, vt Filius, qui eternaliter originatus eſt à Patre. **Dub.**
Si Pater, qui eſt neceſſarius ex ſe, & à ſe ſit magis neceſſarius quàm Filius, qui eſt neceſſarius ex ſe, quia habet eandem naturam Diuinam neceſſariam, quam Pater. Sed non à ſe, vt Pater, cum illam habeat à Patre, per eternam generationem ſit neceſſarius tanta neceſſitate, quanta eſt Pater Diuinus: quam difficultatem poteſt etiam aliquis querere de Spiritu Sancto eam à Patre, & Filio habente eternaliter. Quoniam ab ipſis ante ſecula Spiritus fuit, & ſibi omnis perfectio communicata.

Reſpondent Scotiſte, & precipue formalizantes; quod vbi neceſſarium ex ſe, & à ſe, & neceſſarium ex ſe, ſed non à ſe, non habent eandem naturam numero. Primum eſt magis neceſſarium, quàm ſecundum; ſed vbi habent eandem naturam numero ſim- **Solut.**

pli-

plicisſimam, ad quam ſequitur, neceſſitas, perſonæ ſunt æquè neceſſariæ, vt in propoſito ſunt diuinæ perſonæ, Pater, Filius, & Spiritus Sanctus.

**2. Dub.** Sed ſuppoſito pro nunc ſecundum Philoſophos, quod ſecundum Theologos falſum eſt, & à fidelibus ſingulis negatum, ſecundam intelligentiam eſſe neceſſariam. An ſit tanta neceſſitate neceſſaria? quanta neceſſitate neceſſarius eſt Filius æterni Patris?

**Solut.** Dicunt ijdem, qui ſupra, quod non, admiſſa etiam pro nunc Philoſophorum falſitate, ſcilicet mundum æternum eſſe, quam propoſitionem ſummopere abhorret Sancta Eccleſia Apoſtolica, quia perſonæ diuinæ ſunt eiuſdem naturæ numero, quod tamen non eſt aſſerendũ ſecundum Philoſophos de ſuis intelligentijs multiplicatas habentibus naturas ſecundum ipſorum Principia, Eſſentias, Naturas, & Subſtantias.

**3. Dub.** Quærenti verò, ſi minuta Animalia fuerint in illo creationis primordio à Deo creata, vel ex corruptione facta; cum de corruptione animalium, herbarum, & fructuum gignantur.

**Solut.** Dicit Sententiarum Magiſter, quod quæ de corporibus mortuorum naſcuntur, non niſi potentia, & materialiter; quæ verò ex terra, vel ex aquis naſcuntur, vel ex his quæ terra germinante orta ſunt, tunc creata fuiſſe, non incongruè dici poteſt.

**4. Dub.** Pernicioſa verò, & venenoſa animantia, poſt peccatum

catum ad vindictam creata ſint; vel prius innoxia, & poſt peccatum ad vindictam noxia ſint facta, & nocere cœperint?

Dicit Magiſter Sententiarum, quod fuerunt creata innoxia, ſed propter peccatum facta ſunt noxia. ***Solut.***

Et ad litteram Symboli poſt hanc digreſſionem reuertentes dicimus, non ſolùm diuinas perſonas in æternitate conuenire, ſed in infinitate, illimitatione, & immenſitate, ratione cuius immenſitatis realiter illabuntur, cuilibet creaturæ. & eſt ſibi intimus, & quia infinitus, ac illimitatus eſt, vbiq; per eſſentiam, cum non ſit locus, in quo non ſit Deus, communiter Theologis aſſerentibus eſſe vbiq; per potentiam; quoniam cauſa eſt effectiua omnium, & conſeruatiua. Nam ſi per minimum inſtans creaturas in propria virtute deſſerreret, non cooperando ad ipſarum conſeruationem, omnia in nihilum tenderent. Aperiente te manum tuam omnia implebuntur bonitate, te autem auuertente faciem tuam, omnia turbabuntur. Cum etiam omnia ſint nuda, & aperta oculis eius Hebræorum quarto, eſt in omnibus per præſentiam, quia omnia cognoſcit, & etiam ſecreta cordium, ſecundum illud ſcrutans corda, & renes Deus; & alibi imperfectũ meum viderunt oculi tui. Et iterum, Dominus ſcit cogitationes hominum, quoniam vanæ ſunt. Et quia infinitus, & illimitatus, eſt vbique per eſſentiam, atq; ſimplex, vbi eſt, totus eſt per eſſentiã, & totus haud autem per partes. Si aſcendero in Cœ- ***Not.***



Digitized by Google

ſum tu illic es, ſi deſcendero in infernum ades. Ideo Sanctus Athanaſius, immenſus Pater, immenſus Filius &c.

5. *Diff.* Nec prædictæ veritati contradicunt verba Diui Auguſtini Deus non eſt alicubi, quia in ipſo ſunt omnia. Cuius auctoritatis verba nouiſſimè poſita interpretanda ſunt per eminentiam, & non per formalitatem, ideſt quod in ipſo ſunt perfectiones omnium rerum quæquæ ſint illæ; & ad auctoritatem aductam Patris Auguſtini.

*Solut.* Dicunt Subtiles, Patrem Auguſtinum; Non negare Deum eſſe vbiq; vt principia fidei docent per eſſentiam, potentiam, & præſentiam, ſed quod non continetur à loco circumſcriptiuè, dimenſiuè, & diffinitiuè, vt entia naturalia, compoſita, & ſubſtantiæ ſpirituales limitatæ, vt Angeli, animę intellectiuæ &c.

Et iſtud eſſe Dei in omnibus creaturis ſecundum dictos modos nullam ponit in Deo mutationem, quamuis quotidie nouæ producantur creaturę, quia tota mutatio, eſt ex parte ipſarum, Deo immutabili remanente; *Nota.* Ego Deus, & non mutor, ſicut Sol nouum lapidem, ſeu nouam plantam, ſibi de nouo oblatam illuminat, ſine aliqua ſui mutabilitate, & alteratione. Sic etiam poteſt dici de Deo, quod ſit in omnibus creaturis mundis, & immundis, abſq; aliqua macula in ipſo poſita, ſicut Sol tranſit ſuper immunda ſine aliqua ſui immunditia.

Num in aliqua creatura vltra dictos modos ali-

quo

quo ſit modo ſpeciali Deus?

Dicunt Theologi quod ſic, cum in Sanctis, ſit per charitatem, & gratiam, gratum facientem; quibus modis non eſt in irrationalibus, neq; in rationalibus in peccato exiſtentibus, ſed tantùm in gratiam habentibus.

Deum igitur obſecremus, vt dignetur pro ſua pietate, tantam nobis condonare gratiam, vt quicquid cogitamus, loquimur, & operamur in ſui honorem, ſint cogitata, dicta & facta; cum qua intentione, & determinatione Deum laudemus, & benedicamus, qui nobis auxiliatus eſt, vt huius ſymboli declarationem, quantum ad primam partem compleuerimus. Ipſe ergò nobis faueat, vt benedicti eatis in domos veſtras. Amen. **Docum.**

FINIS PRIMÆ PARTIS.



Digitized by Google

Digitized by Google

# EXPOSITIO
# SECVNDAE PARTIS
## SYMBOLI DIVI ATHANASII,

Magiſtri Proſperi Vrbani de Vrbino, Ordinis Minorum Conuentualium.

*Sed neceſſarium eſt ad æternam ſalutem.*

## LECTIO DECIMANONA.

FIDES. Domini Noſtri Ieſu Chriſti; ſcilicet credere ipſius Incarnationem, Natiuitatem, Paſſionem, Crucem, &c. ideſt quod pro nobis de Cœlis deſcenderit filius Dei pro nobis natus, & omnia quæcunq; paſſus eſt pro nobis paſſus, & operatus ſit. Qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit de Cœlis. Non, quod erat, & vbi erat reliquerit; ſed quod non erat aſſumpſerit; canente Sancta Eccleſia, quod fuit permanſit, & quod non erat aſſumpſit. Et ideo incarnatus eſt, & homo factus eſt, propter nos homines, & propter noſtram ſa- Not.

lutem

lutem paſſus, crucifixus, mortuus, ſepultus tertia die reſurrexit. Aſcendit ad Cœlos &c.

6 Quæ credere ſunt tam homini ſalutem volenti neceſſaria, quod ſine ipſa nulli eſt, fuit neq; ſalus erit, dicente Sancto Paolo. Sine fide impoſſibile eſt placere Deo, & Saluator noſter Dominus Ieſus; Qui non credit, iam iudicatus eſt. Qui verò crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit. Ideo Sanctus Athanaſius hoc fundamentum in primis poſuit. Quicunq; vult ſaluus eſſe ante omnia opus eſt, vt teneat Catholicam fidem.

Et ideo cum in prima parte huius Symboli de diuinitate, de eſſentiæ vnitate, perſonarum pluralitate, coæqualitate, conſubſtantialitate, omnipotentia &c. locutus fuerit. In hac ſecũda de Chriſti humanitate loquitur, & de his, quæ pro nobis operatus eſt (vt iam auditis) & operaturus, quia venturus eſt ad iudicandũ viuos, & mortuos, id eſt bonos, & malos, & omnibus ſecundum opera redditurus, teſtimonio Sancti Athanaſij. Et qui bona egerunt, ibunt in vitam æternam; qui verò mala, in ignem æternum; & ne de tot, tantisq; nobis collatis beneficijs, velut Iudæi ingrati ſimus, & cœleſtibus nuptijs priuemur, ad quas ſua pietate pluribus modis Deus nos vocat, per Angelos, *Not.* Patriarchas, Patres, Prophetas, Apoſtolos, Euangeliſtas, Prædicatores, Chriſtum, beneficijs, flagellis, interius, & exterius, vt id conſequamur fide formata, quod omnibus æternaliter ſua bonitate præparauit.

rauit. Deus enim (teſte Diuo Paulo) vult omnes homines ſaluos fieri, & Princeps Apoſtolorum Sanctus Petrus, Deus neminem vult perire, ſed omnes ad agnitionem veritatis peruenire. Ideo ſequitur Sanctus Athanaſius, ſed neceſſarium eſt ad æternam ſalutem, vt incarnationem quoq; Domini noſtri Ieſu Chriſti vnuſquiſq; illam volens, fideliter credat. Quam pro noſtra omniumq; ſalute, ſua clementia, & pietate in temporum plenitudine fuit operatus teſtimonio Concilij Nicęni. Vbi aduertendum à vobis eſt Diuum Athanaſium loqui de neceſſitate ſuppoſitionis non abſoluta, veluti Subtiles dicunt, cum tractant de neceſſitudine reuelatorum, vt patet in prima Prologi, ideſt ſuppoſito, quòd homo velit ſalutem, neceſſarium eſt firmiter confiteri, & credere incarnationem Domini noſtri Ieſu Chriſti, iam eſſe factam, & completam, quam expoſitionem non alienam, & neq; extraneam à Symbolo ſuo eſſe exiſtimo, ſed intraneam, atq; in eo contentam, & præcipuè in primis verbis huius ſecundæ partis, in quibus, & in primis, continentur, ſed neceſſarium eſt ad æternam ſalutem, vt incarnationem quoq; Domini noſtri Ieſu Chriſti fideliter credat. *Noti*

*1. Dub.* Cur autem filius potius quàm Pater, vel Spiritus Sanctus incarnatus fuerit? cum in eis vna ſit natura, eſſentia, & coequalis maieſtas?

*Solut.* Cui interrogationi, & difficultati reſpondet Magiſter Sententiarum; Id alto Dei iudicio, & mira eius

ſapien-

Digitized by Google

ſapientia ita factum fuiſſe. Rationes verò ad id probandum ab ipſo adductas; non demonſtratiuas, ſed potius congruentes, vel congruentias appellat. Quarum vna eſt, vt per eandem ſapientiam mundus recrearetur, per quam creatus fuit, id eſt per filium. Vt qui in diuinitate erat Dei Filius, eſſet & in humanitate hominis filius. Ne duo eſſent in trinitate filij. Sed qui erat in deitate æternus Dei filius, eſſet & in humanitate in temporum plenitudine hominis filius, & volenti audire.

2. *Dub.* Cur non Pater, vel Spiritus Sanctus? de Patre, quia à nullo eſt, cum ſibi à nullo alio fuerit eſſentia communicata; & congruentius fuit, vt qui ab alio erat; mitteretur, quàm qui à nullo. Non Spiritus Sanctus,

*Solut.* ne duo eſſent in trinitate filij. Quamuis ex hoc, teſte Sancto Thoma, nullum incommodum fuiſſet ſubſecutum, quia vnus fuiſſet in diuinitate, & alius in humanitate; ſed qui erat in vna natura filius, & eſſet

*Not.* in alia. Qui quidem nullo pacto dicendus eſſet, nec dicendus eſt, filius Dei adoptiuus, ſed naturalis. Id enim maximopere præiudicaret ipſius innocentiæ; cum filius adoptiuus aliquando hæreditate fuerit priuatus, quod de Chriſto nullo pacto dicendum eſt; cum ſemper fuerit bonus, innocens, & Sanctus; talis autem extraneatio à Cœlo, tantummodo per peccatum fiat. Ideo peccatores, & non iuſti illo priuantur, dicente Sancto Athanaſio. Et qui bona egerunt ibunt &c.

Quæ-

Digitized by Google

Quærenti inſuper, cur tanto tempore, & tàm diù filius, qui ſecundum diuinam ordinationem ante ſæcula factam debebat carnem aſſumere, tàm diù hoc opus prolungauit, diſtulitq́; ? Qui nō bonus tantùm dicitur, ſed ſumme bonus, ac ſuæ bonitatis maxime communicatiuus, quod omnibus manifeſtauit, & quotidie manifeſtat in Creatione, Redemptione, Gubernatione &c. quoniam væ mundo, & hominibus, ſi ab eo eſſent derelicti. 3. Dub.

Dicunt Scotiſtæ hoc congruentiſſimè factum fuiſſe, & pluribus cauſis. Propter peccatum tàm graue puniendum, quia in hoc manifeſtatur diuina vltio, nihil inultum dimittens, iuxta illud, ſicut nullum bonum irremuneratum, ita & nullum malum impunitum, & iſta duo videntur efficaciter comprobari per punitionem malorum, & præmiationem bonorum; ſed quid maius? efficacius, & verius ad id conteſtandum, quam verba Chriſti? tunc ab eo palàm dicenda quando venerit iudicare. Ad cuius aduentum, teſtatore Sancto Athanaſio, omnes homines reſurgere habent cum corporibus ſuis, & reddituri de factis proprijs rationem. Propter cuius aduentū, & prorogationem, tot clamores, & luctus ſubſtinendo, atq; Adam cum ſuis poſteris in lymbum detinendo quouſq; tempus liberationis diffinitum à Sancta Trinitate deueniret. Solutio.

Propter morbum melius curandum, quod non fit, niſi morbus cognoſcatur, medicina exoptetur, Not.

ac grata exiret. Ideo differri debuit, & prorogari, vt homo de ſua impotentia, & ignorantia conuinceretur, ac de lege naturæ, & ſcripta ſupple conuinceretur, & ex his magis homo coram Deo humiliaretur, peccatum confiteretur, & diuinam miſericordiam eò amplius exaltaret, & magnificaret cum Regio Propheta cantans & dicens, Miſericordias Domini in æternum cantabo. Vbi aduertat vnuſquiſq; Prophe-
*Not.* tam non ſolùm miſericordiam in numero canere ſingulari, & ſi realiter vna ſit; ſed in numero plurali, vt demonſtret eam hominibus à Deo pluribus modis condonatam eſſe, vt donando, dando, liberando, gratificando, ſaluando, &c.

Nec aliquod inordinatum eſſet, neq; in Deo, neq; in hominibus, neq; in ipſius operibus, nec quid inordinatum, nec contra diuinam ſapientiam, ſi aliqua alia duarum perſonarum carnem aſſumpſiſſet. Quo-
*Not.* niam, & ſi de potentia ordinata aliter fieri non poterat. De potentia autem abſoluta, quæ non eſt legibus vſq; modo poſitis ſubiecta, ſecus fieri poterat.
*Not.* Et quamuis potentia abſoluta, & ordinata idem ſint realiter, diſtinctè tamen ſunt ſecundum Theologos ratione, vel formaliter, qua diſtinctione è medio tollitur illa difficultas, quæ in hac materia inferri poſſet, veluti ego aliquandò palàm arguendo feci. Quoniam iuxta Subtilium, & præcipuè formalizantium doctrinam, quando aliqua ſunt realiter eadem, quicquid dicitur de vno, & de reliquo; & quicquid remouetur ab

vno,

vno, remouetur à reliquo, vt in Topicis per maximas apertè comprobatur, ſed potentia abſoluta, & conditionata ſunt vna, & eadem potentia realiter in Deo, & ſub hac ſignificatione nullo pacto diſtinctę, neque multiplicatæ. Igitur quicquid dicitur de vna, dicitur de altera. Quicquid verificatur de vna, & de altera, quicquid tollitur, & remouetur ab vna, & ab altera. Igitur poſt hanc digreſſionem ad illud reuertentes vnde exijt ſermo concludendum eſt, quod quicquid Deus potuit, & poteſt vna potentia ſiue abſoluta, ſiue ordinata, & alia. ergo reſponſio, non reſponſio, ſed fuga eſt appellanda; iſta multa ſuperius dicta. Theologi periti paucis euacuant, & diſſoluunt. Dicta omnia, & propoſitionem pluſquam prolixam veram eſſe de omnibus modis eiſdem, & non aliquo modo, veluti in præſenti; cum potentia abſoluta, & ordinata ſint idē realiter, diſtinguantur tamen ſecundum Theologos formaliter, vel ratione. Vnde oritur, quod quicquid dicitur de vna, & non de reliqua.

Ne igitur à Cœleſtibus nuptijs excludamur, velati qui hodie inuitati erant, propter aliquod peccatum, quorum aliqui ſe excuſarunt dicentes, villam emi &c. Iuga, boum emi, quicunq; neceſſe habeo; &c. Alter verò, qui vxorem duxerat, altius, profundius, & ſceleſtius loquens, ſe captiuatum demonſtrans, aperte dicit, Non poſſum venire. incarnationem ergò ex diuina charitate factam recognoſcentes, & gratias Deo agentes, benedicamus Patrem, Filium, & Spiritū Sanctū. Amen. **Docum.**

## LECTIO VIGESIMA.

### *Eſt ergo fides recta, &c.*

QVoniam immaculata fides noſtra, quæ prædicat, confitetur, & adorat Dominum Ieſum Chriſtum verum Deum, & hominem; æternaliter à Patre genitum, & eiuſdem naturæ cum Patre, & Spiritu Sancto, at in tempore hominem factum, de Spiritu Sancto conceptum, deridetur à Gentilibus, Iudæis, Hæreticis, & Paganis. Quorum primi tanquam veros Deos adorabant Iouem, vel vt clarius ipſorum errores detegamus, in die Dominico Solem adorabant, quem in prima hora, regnare dicebant, Lunam in ſequenti, propter eandem rationem, Martem in die Martis, Mercurium in die Mercurij, Iouem in die Iouis, Venerem in die Veneris, & propter dictam rationem Saturnum in die Sabbatni. Quos tanquam veros Deos venerabantur, & eoſdem in neceſſitatibus ipſorum inuocabant, contra quos Regius Propheta. Aures habent, & non audient. Quibus erroribus multa mala addentes, in menſe Ianuarij adorabant Ianum, quem Deum montium appellabant; idq; in illis partibus, in quibus nunc Roma ſita eſt, agebant. Vnde Mons Ianiculus ibi quidam eſt appellatus. In menſe Februarij, Deum Faunum; in menſe Martij Martem, quem Deum Bellorum vocabant; in menſe Aprilis, Deam Fortunam; in menſe Maij, Deam Floram &c.

*Not.* *Nota.* *Not.* *Not.*

Iudæis

Iudæis in ipſorum infidelitate permanentibus; Chriſtum, hominem tantum dicebant, Deumq; eſſe negabant; dicentes, quem te ipſum facis? quia cum homo ſis, facis te ipſum Deum? quibus conſenſerunt Cherintus, Hebion, Famoſcetanus & cet. contra quos & ſi ſint quam plures auctoritates, miracula, & rationes, & exempla, quibus efficaciter probatur Chriſtũ, eſſe verum hominem, & verum Deum, præcipuè ſunt illa à Sancto Athanaſio in præſenti verſiculo poſita. Vbi dicit. Eſt ergo fides recta, vt credamus, & confiteamur, quia Dominus noſter Ieſus Chriſtus, Dei Filius, Deus & homo eſt; in quibus apertè docet, quod ſi volumus rectam habere fidem. Oportet credere, & confiteri Ieſum Chriſtum Dei Filium, verum Deum, & hominem eſſe. *Not.*

Quam veritatem pluribus rationibus auctoritatibus, & exemplis comprobari poteſt. quarum pauca, cauſa breuitatis ad fidelium conſolationem adducam. **Quarum vna illa eſt, Paruulus datus eſt nobis, & filius natus; ecce diuinitas. Poſt hæc in terris viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt, ecce humanitas, & Sanctus Ioannes Apoſtolus, & Euangeliſta. In Principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum; Vbi deitas manifeſtatur. Et Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis &c. In quibus, & diuinitas, & humanitas detegitur. Et quantum ad auctoritates ſatis ſit. Accedit ratio talis, qui cognoſcit ſecreta cordium, & peccata, propria auctoritate** *Not.* *Not.*

di-

dimittit, Deus eſt. Sed Chriſto talia conueniunt, vt patet ibi, vt vidit cogitationes eorum. Dixit Omne Regnum in ſeipſum diuiſum deſolabitur &c. ſecundum patet in Magdalena. Remittuntur tibi peccata tua, vade &c. & alibi vt ſciatis, quia filius hominis poteſtatem habet, dimittendi peccata, ait Paralytico, ſurge, tolle Grabatum tuum, & ambula.

Exemplis. Nam vt Deus eſt æternus, vt homo tēporalis, vt Deus Patri æqualis, vt homo, minor Patre, vt Deus à Patre tantum, vt homo à tota Trinitate, vt Deus eandem habet naturam cum Patre, vt homo aliam, & diſtinctam; vt Deus eſt Creator, vt homo eſt creatura; vt Deus habet Patrem tantum; vt homo matrem tantum; vt Deus æternaliter genitus, vt homo temporaliter factus; vt Deus impaſſibilis, & immortalis, vt homo paſſibilis, & mortalis; vt Deus eſt vbiq;, vt homo ſedebat ſuper fontem, vt Deus cognoſcit omnia, vt homo vbi poſuiſtis eum? vt homo lachrymatus eſt, vt Deus, Lazare veni foras; vt homo, ibat in Ciuitatem, quæ vocatur Naim, vt Deus, Adoloſcens tibi dico ſurge; vt homo, introiuit in Domum Simonis, vt Deus imperauit febri, & ſtatim febris dimiſit illum, vt Deus, antequam fieret, Ego ſum, vt homo, abſcondit ſe, & exiuit de Templo; vt homo, abijt trans Mare Galileæ, vt Deus de quinque panibus, & duobus piſcibus ſaturauit quinque millia hominum; vt homo, Aſcendit in Templum, vt Deus, ſolus è Tēplo eiecit vendentes, & ementes; vt homo, Aſcendit

Digitized by Google

dit ad feſtum, vt Deus ſanauit paralyticum; vt homo ſeceſſit in partes Tyri, & Sydonis, vt Deus, curauit filiam Chananeæ; vt homo, in monte orabat, vt Deus imperauit Mari, & Ventis, & ſtatim obedierunt; vt homo, in Deſerto quadraginta diebus, & noctibus ieiunauit, nihil manducando, neq; bibendo; vt Deus Angeli miniſtrabant ei; vt homo introiuit Capharnaum; vt Deus Centurionis ſeruum ſanauit. Quid plura?

Quare longiorem adduco diſcurſum? nobis omnibus fideliter confitentibus, quod Chriſtus Deus eſt, & homo? & Sanctus Athanaſius in præſenti verſiculo. Eſt ergo fides recta, vt credamus, & confiteamur, quia Dominus noſter Ieſus Chriſtus Dei filius, Deus, & homo eſt. Sed quia Sanctus Athanaſius dicit in præſenti verſiculo, fidem rectam eſſe, vt credamus, & confiteamur, quia Dominus &c.

Si fidei confeſſio ſit homini ſalutem volenti neceſſaria? *1. Dub.*

Dicit Sanctus Thomas, quod cum ſit præceptum affirmatiuum obligat pro loco, & tempore, & non ad ſemper, & pro ſemper; ſicuti præcepta negatiua, quæ ambo præceptorum genera in Decalogo continentur. Non habebis Deos alienos coram me. Non aſſumes nomen Dei tui in vanum. Non furaberis. Non falſum teſtimonium dices &c. *Solut.* *Nt.*

Affirmatiua autem ſunt, memento, vt diem Sab-

bathi Santifices, Honora Patrem tuum, & matrem tuam, & quæ ſuperius poſita ſunt clarius explicando; nunquam, & nullibi debemus blaſphemare, idola venerari, furari, &c. ſed Deum adorare, Parentes Honorare, &c. pro loco, & tempore, quia non in omni loco, nec in omni tempore ſupradicta tenemur facere, ideſt tenemur tunc fidem confiteri, quando propter eius dimiſſionem, & taciturnitatem debitus Dei honor, vel proximi, vtilitas ſubtraheretur, vt cum quis de fidei Chriſtianæ veritate, & neceſſitate palàm, & coram multis interrogatus taceret, & propter hoc ab Aſtantibus crederetur, ipſum non eſſe Chriſtianum, vel fidem Chriſti non eſſe veram, neq; neceſſariam, vel præſentes à fide auerterentur. In quo caſu etiam morte imminente confiteri tenentur. Dicente Saluatore, Qui me confeſſus fuerit, coram hominibus, confitebor, & ego eum coram Patre meo. Et iterum, qui me erubuerit coram hominibus, confiteri, & ego eum erubeſcam, confiteri coram Patre meo.

**2. Dub.** Inſuper dicentem audio, ſi ex tali fidei confeſſione infidelium oriretur turbatio, in tali caſu eſſet ne tacendum, vel confeſſio facienda?

**Solut.** Reſpondetur, quod ſi talis oriretur turbatio, abſq; aliqua fidei vtilitate, in tali caſu non eſſet laudabile publicè confiteri, ſecus ſi aliqua, vel fidei, vel fidelium ſperaretur vtilitas; iuxta illud Saluatoris, Sinagogæ reſpondentis, & diſcipulos edocentis cum dicebāt ſcis quia Phariſæi, audito verbo hoc, ſcandalizati ſunt?

ſinite

ſinite illos, quia cæci ſunt, & duces cæcorum exemplum habetur de cæco à Chriſto illuminato, qui flocci faciens, & nihil curans ſcandalum, & maleuolentiam Phariſæorum pluries, & palàm interrogatus, quē Chriſtum diceret, & quid de eo crederet: Reſpondit vultis, & vos diſcipuli eius fieri? de quo, & contra quem, ſummopere indignati eum maledixerunt, & extra Synagogam eiecerunt. Dicentes, Tu diſcipulus eius ſis. Nos Moyſis, cui locutus eſt Deus, & aliorum Sanctorum, qui etiam interueniente morte, non ſilueruni fidem Ieſu Chriſti, confiteri, prædicare, & exaltare; pro quibus repoſita eſt eis, & alijs ita facientibus. Corona Iuſtitiæ, quam omnibus reddet ſuo loco, & tempore Dominus Deus iuſtus Iudex, & generalis remunerator.

Curioſitati vlterius aliquorum obuians, & occurrens, qui quærere ſolent. Eſt aliquis fidelis inter infideles: qui ex timore facit aliquem actum ſignificantem infidelitatem, ſi talis mortaliter peccet? 3. Dub.

Dicitur à qui ſupra. Quod ſic, ſi diſtinctè, & determinatè illud ſignificet, vt idolis imolando, Thus offerendo, & ſimilia. Nam quilibet fidelis pro Dei honore, fidei exaltatione, & Chriſtianæ fidei defenſione propriam vitam exponere tenetur, Dicente Saluatore. Qui amat vitam ſuam in hoc mundo, perdet eam, ſuple in vitam æternam. Qui autem odit, in vitam æternam cuſtodit eam. Secus dicendum eſt, quando, nec determinate, nec diſtincte infidelitatem Solut.

ſignificat. Exemplo Sancti Sebaſtiani veritas dictę reſponſionis detegitur, qui ex bono Zelo Chlamide militari vtebatur.

*4. Dub.* Si autem aliquis Chriſtianus propter metum oſcularetur Altare, vel Sepulchrum Maumeti, vel aliquo ſigno Iudæorum, ſeu aliorum infidelium vteretur talis eſſet ne Hæreticus dicendus?

*Solut.* Reſpondetur, quod ſi ita mente non credat, quod non, nihilominus mortaliter peccat.

*Docum.* In hac igitur recta, & immaculata fide Domini noſtri Ieſu Chriſti credentes eum eſſe verum Deum, & Deum, & hominem. Ipſumq; tanquam verum noſtrum Magiſtrum imitemur, & ipſi obediamus exemplo præcipuè S. Ioannis, qui pro Chriſto, & eius fide tanta paſſus eſt, vt tandem pro eius fidei defenſione mortuus ſit, quod nobis concedat Deus Trinus, & vnus. Amen.

## LECTIO VIGESIMAPRIMA.

### *Dei filius Deus, & homo eſt.*

*Not.* DOminum noſtrum Ieſum Chriſtum eſſe verum Deum, & hominem, Deiq; Filium ante ſæcula à ſolo Patre æternaliter genitum. Fides noſtra confitetur, & docet; Et in Ieſum Chriſtum filium eius vnicum Dominum noſtrum. Creaturæ omnes eo modo, quo ipſis licet, fatentur, & prædicant; Angeli, Stel-

*Not.* læ, Sol, Luna, Saxa, Monumenta, Arbores, Maria,

Flu-

Flumina, Febris, Ventus, Cæcitas, Surditas, Paraleſys, Panes, Piſces, Mortui, Dæmones, Infermus, lepra, & omnia, Angeli. Gloria in excelſis Deo, Stellæ. Stella, quam viderant Magi, antecedebat eos, & Magi, Qui venientes ab Oriente adorauerunt eum, offerentes munera, Aurum, Thus, & Myrrham. Paſtores, & Reuerſi ſunt, laudantes, & glorificantes Deum, &c. Animalia irrationalia, cognouit Bos poſſeſſorē ſuum, & Aſinus præſepe Domini ſui. Sol, Sol & Luna obtenebrati ſunt, & Stellæ retraxerunt lumen ſuum. Saxa, quæ ſe fregerunt, Monumenta, quæ aperta ſunt, mortui, multa corpora Sanctorum ſurrexerunt, &c. Arbores, Ficulnæ maledixit, & ſtatim areſacta eſt, Maria Ambulans ſupra Mare, & alibi. Quis eſt hic? cui Venti, & Mare obediunt? ideo proſequitur, & venti; & iterum ſtatim tranquillitas magna facta eſt; febris, & ſtatim febris dimiſit illam. Cæcitas, & ſtatim vidit. Surditas, ſurdi audiunt. Paraleſys, vade, & ſicut credidiſti fiat ibi, & ſanatus eſt Puer eius ex illa hora: Panes, & de quinq; panibus ſatiauit quinque millia hominum. Piſces ibidem, & duobus piſcibus. Mortui, Lazare veni foras, & ſtatim prodijt, qui erat mortuus. Dæmones, exibant à multis Dæmonia, a multis clamantia, & dicentia, quia tu es Chriſtus Filius Dei. Infirmi; quot quot tangebant eum, ſani fiebant à quocunq; detinebantur infirmitate. Ignorantia; Docebat eos de Regno Dei. Timor, Ibant gaudentes à conſpectu Concilij. Mors, O mors ero, mors tua. Infer

nus, O inferne morſus tuus ero. Puſalnimitas, Cum eritis ante Præſides, & Reges, nolite timere. Lepra, & ſtatim mundata eſt à lepra eius. Et idem affirmat Sanctus Athanaſius in præſenti verſiculo, dicens; Quia Dominus noſter Ieſus Chriſtus Dei filius, Deus, & homo eſt, rationes hoc idem probant, & miracula oſtendunt; obmuteſcant ergo Iudæi, & infideles contrariũ tenentes. Quam veritatem pluribus modis, & multifariam manifeſtauimus in præterita lectione, vnicam aliam in præſenti adduco: quæ eſt miraculorum operatio à Chriſto ſæpè factorum, tùm propter ipſorum ſpeciem creatam virtutem excedentium. Niſi hic homo eſſet à Deo, non poſſet hæc ſigna facere, tùm propter modum ea operandi, quia imperando, illa operabatur, imperauit febri, & ſtatim dimiſit illam. Imperauit ventis, & ſtatim facta eſt tranquillitas magna. Morti, & ſtatim obediuit. Dæmonibus, & aufugerunt, inferno, & ſtatim, quos captiuos tenebat reddidit, tùm propter miraculorum abundantiã, quia nullus alius in tanta copia fecit, quanta Chriſtus. Si nõ veniſſem, & feciſſem opera, quæ nullus alius fecit, &c.

*Not.* *Not.*

Et alibi multa alia ſigna fecit Ieſus, quæ non ſunt ſcripta in libro hoc. Hæc autem ſcripta ſunt, vt credatis, & credentes vitam habeatis in nomine eius. Et alibi ex ore proprio Saluator dicebat: Opera, quæ ego facio in Nomine Patris mei, Hæc teſtimonium perhibent de me; ſi mihi non vultis credere, operibus credite,

dire, vt credatis, quia Pater eſt in me, & ego in Patre. Quia ego, & Pater vnum ſumus, non perſonaliter, quia tres ſunt, qui teſtimonium dant in Cœlo, Pater, Verbum, & Spiritus Sanctus. Vnum in eſſentia, quod oſtendit in ſequentibus. Et hi tres vnum ſunt. Et ve ritatem humanæ naturæ Domini noſtri Ieſu Chriſti. efficaciter probant multa, quæ de ipſo in Sacris leguntur litteris, vt patet de fuga; ſurge, accipe puerum, & fuge in Ægyptum, & eſto ibi, &c. Natiuitas, Euangelizo vobis gaudium magnum, quia natus eſt hodie Saluator Mundi. Circuncisio, poſtquam conſumati ſunt dies octo, vt circuncideretur, Puer &c. Fames; Cum ieiunaſſet quadraginta diebus, & noctibus, poſtea eſurijt. Sitis; Mulier da mihi bibere, & in Cruce, Sitio. Paſſio, paſſus eſt pro nobis, & noſtra ſalute; & Iſaias in perſona æterni Patris, propter ſcelus populi mei percuſſi eum. Illuſio; illudebant ei dicentes, Prophetiza Chriſte, quis eſt, qui te percuſſit. Captio, Flagella, Condemnatio, Crux, Mors, Sepultura, &c. quapropter Sanctè docet nos in præſenti verſiculo S. Athanaſius dicẽs Eſt ergo fides recta, vt credamus, & confiteamur, quia Dominus noſter Ieſus Chriſtus Dei filius Deus, & homo eſt. *Not.*

Ex quibus verbis iurè poſſet à me quis quærere, ſi credi Catholice poſſit, atq; defendi Chriſtum æterni Patris filium; Deum, & Creatorem credi, & prædicari eſſe Creaturam. cum iſta ſimul videantur contradicentia, & aduerſantia, eſſe Creaturam, & Creatorem, *1. Dub.*



Digitized by Google

cum vnus ſit creatus, alter increatus; æternus vnus, alius temporalis, vnus infinitus, alius finitus; vnus immenſus, alter non immenſus; vnus immortalis, alius mortalis, & tunc, de eodem verificarentur contraditoria, quod aſſerere omnis abhorret ſcientia.

Quia idem creatum, & non creatum; æternum, & non æternum; finitum, & non finitum; immenſum, & non immenſum &c.

*Solut.* Reſpondetur, quod verũ eſt, vt homo ſimpliciter, tamen non admittitur à Magiſtro, nec à Doctoribus ipſum ſequentibus. Non quin concedi poſſit; ſi benè, atq; catholicè dicta propoſitio intelligatur, ſed propter Hæreticos dicentes Chriſtum eſſe purum hominem, cum quibus, nec in ſermone communicare voluerunt Sancti. Quod autem concedi poſſit, patet per Damaſcenum, Chriſtus creatus eſt, & increatus, paſſibilis, & impaſſibilis. Et per Diuum Auguſtinũ, voluit eſſe Creatura, qui eſt Creator. Simpliciter ergo, & abſolutè non debet concedi, Chriſtum eſſe Creaturam, ſed tantùm ſecundum naturam aſſumptam, ſecundum quam confitemur ipſum eſſe factũ, & temporalem, quod de eo negamus ſecundum naturam diuinam, ſecundum quam ipſum æternum, & increatum prædicamus.

*2. Dub.* Verum quia in ſuperioribus fuit de Chriſto aſſertum, ipſum non fuiſſe purum hominem. Quomodo hoc? ſecundum principia fidei tueri poteſt? Dicente Apoſtolorum Principe; Qui nec peccatum fecit,

Digitized by Google

cit, nec dolus inuentus eſt in ore eius. Idem teſtificatur Chriſtus ex ore proprio; Quis ex vobis arguet me de peccato? Idem, longè antea prædictum, Candor eſt lucis æternæ, & ſpeculum ſine macula. Igitur confiteri debemus, Chriſtum eſſe Purum hominem. Niſi eſſet, quod quando diximus Chriſtum non eſſe purum hominem.

Hic eſt intellectus illius locutionis, quod non eſt homo tantùm, vt Hæretici dicebant, ſed Homo, & Deus. *Solutio.*

Cum autem dicitur, quod eſt purus, vt omnes tenemur credere idem eſt, ac ſi dicamus eſſe ſine macula, malitia, & peccato, & ſic tollitur difficultas, & nulla apparet contradictio.

Verum vltra iam dicta ſuper præſenti verſiculo poſſet aliquis meritò me interrogare. Si Chriſtus ſit, vel ſecundum principia fidei, filius Dei adoptiuus dici poſſit. *3. Dub.*

Cui difficultati dupliciter ſecundum duas vias, & diuerſas opiniones, reſponderi poteſt, ſcilicet ſecundum Doctorem Angelicum, & Subtilem. Nam dicentes adoptionem ſimpliciter eſſe ſuppoſiti, & non naturæ, ſtatim reſponderent quod non. Quia in Chriſto, licet ſint duæ naturæ, ſcilicet natura diuina, & humana, tamen vna tantùm perſona, ſcilicet filij æterni, & verbi; cui perſonæ adoptiua filiatio non conuenit. cum talis per gratiam adoptantis habeatur, & non per naturam. Filius autem in diuinis *Solut.*

non eſt talis per gratiam, ſed filius æterni Patris per naturam, quia ſi ſecus diceretur non eſſet, nec verè, nec verus Deus. quod aſſerere, & credere eſt contra veritatem Chriſtianam, & fidem Catholicam. Sed admittentes filiationem adoptiuam de natura etiam dici non debet, nec aliquo pacto concedi Chriſtum eſſe filium adoptiuum; quia nunquam fuit priuatus Hæreditate cœleſti; nec ab ea extraneatus, cum talis priuatio, & extraneatio à cœleſti gloria ſolum fiat per peccatum. Tunc enim ſequeretur hoc maximum inconueniens Chriſtum, non ſemper fuiſſe innocentẽ, immaculatum, & Sanctum. Sed quandoq; peccato obnoxium, propter quod huiuſmodi hæreditate fuiſſe priuatum. Et quòd peius eſt, quod non totũ illud quod ſua paſſione, ſanguine, & morte meruit nobis condonaſſet. Sed aliquam partem pro ſe retinuiſſet, per quam gratiam ſibi, & gloriam meruiſſet, quæ tàm magna ſunt incommoda, quod non ſolùm iſta dicere, aures audire nolunt. Sed fidés Catholica omnino abhorret. Cuius rei, & veritatis, vt cognitio clarior habeatur, Chriſtum nec ſecundum ſuppoſitum, nec ſecundum naturam debere dici filium adoptiuũ, ea vobis adnotanda ſunt, quæ habet Scotus in tertio Sententiarũ hoc nomen adoptio, adoptiuũ, vel adoptiuus Theologus deſumpſiſſe a Iuriſperitis. Dicentibus tres conditiones ad veram, & perfectam adoptionem requiri. Bonum, ad quod acceptatur, & ab adoptante ordinatum, vt hæreditas. Gratuita voluntas adoptantis,

Digitized by Google

tis, & non naturalis, vt filius naturalis, & legitimus. Extraneitas ab ipſa hæreditate, ad quam adoptatur, & cum hic de Chriſto loquamur, qui nunquam peccato fuit obnoxius, nec etiam gratia, vel gloria cœleſti priuatus. quod non concedunt Theologi, nullo pacto filium adoptiuum eſſe dicendum.

Et ſi aliquandò inueniatis apud Doctores, & Sanctos, Chriſtum vocari Filium Dei per gratiam, illa verba ab omnibus ſunt intelligenda de gratia vnionis, & non adoptionis. Veluti hic prolixè quæſitum fuit, & quod non, concluſum.

Hæc ergò firmiter credentes, contra Iudæos, Turchas, Paganos, & infideles. Oremus fideliter, & deuotè dicentes, vt ſua bonitate, & clementia, liberet nos ab omni malo. Amen. *Docum.*

## LECTIO VIGESIMASECVNDA.

### *Deus ex ſubſtantia Patris ante ſæcula genitus.*

QVoniam duo in præterito verſiculo tetigit de Domino Ieſu Sanctus Athanaſius, videlicet, quod eſt Dei filius, & quod Deus, & homo. In præſenti, quomodo filius, ſit, à quo ſit, & de quo ſit, dicens Deus eſt ex ſubſtantia Patris ante ſæcula genitus. Pro cuius clariori notitia aliqua ſunt neceſſariò notanda. Deum in ſacris litteris multifariam accipi, aliquando abuſiuè, vt ibi, quorum Deus venter eſt. Nuncupatiue. Omnes Dij gentium Domini, Dominus autem ſupple *Not.* *Nota.*

Deus Cœlos fecit. Adoptiuè, ego dixi; Dij eſtis, & filij excelſi omnes. Naturaliter, In principio Creauit Deus Cœlum, & Terram. Deus eſt ex ſubſtantia Patris ante ſæcula genitus.

*Not.* Primis tribus modis non inconuenit Deos plurificari, iuxta illud Sancti Pauli; ſiquidem Dij multi, & Domini multi. Vltimo autem modo, ſcilicet eſſentialiter loquendo: Hæreticum eſt Deum multiplicare, iuxta illud, Videte quod ego ſolus ſim Deus, & non ſit alius præter me. Et alibi in Deut. Audi Iſrael mandata Dei, Dominus Deus tuus vnus eſt. Et vlterius animaduertere debetis, quod naturaliter, bifariam adhuc accipi poteſt, ſcilicet eſſentialiter, & ſic eſt vnus Deus, vt probant auctoritates paulò ante adductæ. *Not.*

Addens illud, Geneſis, in Principio Creauit Deus Cœlum, & Terram, & in Symbolo Patrum, Credo in vnum Deum. Alio modo perſonaliter, vt in ſequẽtibus apparet legentibus paulò poſt idem ſymbolum Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum, non factum &c.

Et alibi. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti &c. & in præſenti verſiculo, Deus eſt de filio. Loquens ex ſubſtantia Patris ante ſæcula genitus. ante quem nullus. Vbi Deus accipitur tantùm perſonaliter, ſcilicet pro perſona filij. Quoniam ſi eſſentialiter, tunc de Patre, & Spiritu Sancto diceretur. Quod maximum eſſet inconueniens. Tunc enim Pater eſſet ab alio, & Spiritus Sanctus filius, quæ in fide ma- *Not.*

gna

gna ſunt incommoda. Ideo benè dictum eſt perſonaliter accipi. Vt autem omnes ſciatis, quomodo intelligendum ſit filium eſſe de ſubſtantia Patris, vt dicitur in litteras ea ſunt ſcienda, quæ habent, quaſi communiter omnes Theologi Scholaſtici. Quod ſicut in Creaturis materialiter, ex, multipliciter accipitur; ſic proportionaliter in diuinis non vt materia, vel quaſi materia, quæ diuinæ ſimplicitati repugnat. Sed vt ſubſtantia, eo modo, quo ſubſtantia ponitur in diuinis, quoniam Deus eſt actus purus omni carens compoſitione, quæcunq; illa ſit. Et neminem debet latere, quod dicitur de hac propoſitione, ex, dici poſſe de propoſitione, de; Ne alicui videretur me literam relinquere, & textũ deſerere. In quo dicitur Filius eſt de ſubſtantia Patris. Aliquando enim aliquid dicitur eſſe ex aliquo, vel, de, aliquo, tanquam ex materia, vt Cultellus ex ferro, vel de ferro; & Scamnum ex ligno. Aliquando ſicut ex principio effectiuo, vel originatiuo, vt ignis ex igne, & ſplendor ex Sole. Aliquando ſicut ex termino à quo, vt ex tepida, ſeu frigida aqua virtute ignis fit calida, & vt ſic creatio dicitur ex nihilo, tanquam ex termino à quo, & non quod tanquam materia, rem creatam ingrediatur. Nec ad ipſum creatio terminetur, quia non ſolùm eſſet ex nihilo, ſed etiam, nihil, & ad nihil terminaretur; ſicq; nihil creatum eſſet; quod non ſolùm eſt contra fidem, ſed contra experientiam, & ſenſum. Quibus cognoſcimus multa in Vniuerſo

Not.

Not.

eſſe, Homines, Boues, Stellas, Cœlos, Elementa, Arbores, &c. Aliquando vt ex dicit ordinem, vt dicimus ex mane fieri meridiem, vt ex meridie noctem. Aliquando mixtim, ſcilicet ſubſtantialiter, & originatiuè, vt hic loquitur Diuus Athanaſius. Deus eſt ex ſubſtantia Patris, ante ſæcula genitus; in quibus verbis

*Not.* eandem eſſentiam numero, in tribus eſſe diuinis perſonis docemur, & filio æterno; æternaliter fuiſſe communicatam. Quibus ſic diſpoſitis pro vberiori intellectu ſunt nonnullæ Theologorum propoſitiones ponendæ. Ex quibus facilius, & plenius rei veritas omnibus conſtabit.

Filius non eſt de ſubſtantia Patris, ſicut de materia, vel quaſi materia, quia ibi nulla eſt materia, tum quia ibi non eſt generatio ſub ratione mutationis, vt in Sublunaribus, & illis inferioribus, ſed ſub ratio-

*Not.* ne productionis. cum in Deo nulla cadat mutatio, nec ibi, vt hic ponatur eſſe poſt non eſſe.

Filius non eſt de ſubſtantia Patris, vt de termino, quia ibi nulla tranſmutatio, apud quem nõ eſt tranſmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio.

Filius non eſt ex ſubſtantia Patris, vt ex dicit præcisè originationem, quia, vt ſic creaturæ etiam eſſent de ſubſtantia Patris, & Dei cum ab ipſo originentur.

*Not.* Filium eſſe de ſubſtantia Patris non dicit tantum, conſubſtantialitatem, quia cum Pater ſit conſubſtan-

tialis;

tialis, Filio, ſicut è contra, Pater diceretur de ſubſtantia Filij, quod eſt falſum.

Sed Filius eſt de ſubſtantia Patris, mixtim, ſcilicet, conſubſtantialiter, & originatiuè, quia neutrum de ſe ſolum ſufficit. Sed vtrunque requiritur, & verus ſenſus eſt. Filius eſt de, vel ex, ſubſtantia Patris, ideſt originatus, & genitus à Patre, vt ei conſubſtantialis, ideſt eiuſdem ſubſtantiæ, eſſentiæ, & naturæ, quemadmodum ſunt intelligenda huiuſmodi S. Athanaſij verba, Deus eſt ex ſubſtantia Patris ante ſæcula genitus.

Nec vos conturbent verba Sancti Auguſtini. tres perſonas ex eadem ſubſtantia non dicimus. *1. Dub.*

Quoniam, vt dicunt Theologi, ibi accipitur ſubſtantia pro ſuppoſito; & non pro eſſentia, vel natura, vt ipſemet inferius declarat. Et ſic verum eſt, quod non tria ſuppoſita ſunt idem ſuppoſitum; ſed vnum ab alio realiter, perſonaliter diſtinctum; ſecus enim dicendo, eſt contra fidem, & contra ſuperius à Sancto Athanaſio edocta. Neq; confundentes perſonas, neq; ſubſtantiam ſeparantes. *Solut.*

☞ Vel dicendum, quod non valet, non eſt de eſſentia ergo non de eſſentia Patris. Quoniam in ſecunda ſimul habemus conſubſtantialitatem, & originem, quia dicitur Filius eſt de ſubſtantia. Ecce conſubſtantialitas. Patris, Ecce originatio. in ſecunda verò nil penitus originationis habemus. Nam vt ipſe alibi dicit ſcribens contra Maximinum nullo modo

verum

verum Dei Filium cogitatis, ſi hunc eſſe de ſubſtantia Dei negatis. Ideo Sanctus Athanaſius, Deus eſt ex ſubſtantia Patris ante ſæcula genitus.

**2. Dub.** Nec liceat alicui adducere, quod ſæpè adduci ſolet, & multoties allegatum eſt, in diuinis nullo pacto ſubſtantiam eſſe. Quoniam per ſufficientem diuiſionem ab Ariſtotele aſſignatam, vel eſſet prima, vel ſecunda. Neutrum iſtorum, quoniam Deus eſſet in prædicamento, non prima, quoniam ſubſtaret accidentibus, non ſecunda. Nam eſſet ſpecies, vel genus, & ſic aliquo modo, Deus eſſet compoſitus, quod eſt contra Catholicam fidem.

***Solutio.*** Verum iſtæ rationes concludunt de ſubſtantia finita, & limitata, vel propriè ſumpta. Sub quo membro non reponitur Deus. Nequaquam autem de ſubſtantia infinita, & illimitata, vel extra genus; vel de ſubſtantia impropriè ſumpta, vt aliàs dictum eſt, nequaquam methaphoricè, veluti Deus ſubſtantia dicitur. Additur quomodo intelligenda ſint verba præſentis lectionis; quod Filius ſit à Patre æternaliter genitus, & ſunt iſta pluries in præſenti diſcurſu allegata. Deus eſt ex ſubſtantia Patris, id eſt Filius diuinus eſt ante ſæcula genitus.

**3. Dub.** Cum ſecundum omnes Naturaliter loquentes; Generatio ſit progreſſio de non eſſe, ad eſſe, quod idẽ eſt, ac ſi dicatur, qui genitus eſt antequam generaretur non erat, vel hoc, modò ſit, vel breui, vel longo ſpatio. Satis eſt pro confirmanda veritate, vt aliquandò

fuerit

Digitized by Google

fuerit ſub generatione, ergo pro aliquo inſtanti non fuit Filius in diuinis eſt genitus, vt in verbis quæ nunc docet S. Athanaſius: Igitur aliquando non fuit, Deus eſt ex ſubſtantia Patris ante ſæcula genitus.

Cui difficultati ſecundum Theologos ita ſatisfaciendum eſt, obiectionem veram eſſe, de generatione, mutatione, quæ in naturalibus, & in inferioribus ponitur, vbi eſt, alteratio, nouitas, & mutatio; non autem de generatione, productione, quemadmodum eſt in diuinis, Et hac Filius diuinus eſt à Patre æternaliter genitus. Deus eſt ex ſubſtantia Patris ante ſæcula genitus, vel de illa generatione, obiectio eſt intelligenda, in qua accipitur eſſe poſt non eſſe. pars, poſt partem, & eſt in fieri, & non in genito eſſe. Aduertatis obſecro, diligenter verba Symboli, & videbitis filij, æternitatem confeſſam. Deus eſt ex ſubſtantia Patris ante ſæcula genitus, & hic difficultati finem impono. *Solut.*

At iſta completa aliam motam eſſe percipio, in qua dicentes audio. Quomodo verum ſit? quod pluries, & in pluribus locis præſentis lecturæ aſſertum fuit. eſſentiam diuinam vnam eſſe numero in tribus perſonis abſq; ſui multiplicatione, cum ſpecies ſit, quia de diuinis perſonis prædicatur numero differentibus. teſtatore Symbolo: Alia eſt perſona Patris, alia Filij &c. & ſecundum naturales, quod ſic prædicatur, ſpecies ſit, vt patet per eius diffinitionem, quam adducere in præſenti nolo. ex quibus clarè inferri po- *4. Dub.*

 teſt,

Digitized by Google

teſt, eſſentiam diuinam veram eſſe ſpeciem?

Quod nullo pacto ſecundum fidem concedendum eſt, tùm vt nulla in Deo ponatur imperfectio, ſed ipſius totalis remotio; & ne ignorantiæ crimen incurramus.

*Solut.* Quia ſecundum rei veritatem, & Subtilium doctrinam ad hoc, vt aliquid ſpecies ſit. non ſufficit, quod de pluribus differentibus numero prædicetur, ſed oportet, vt fiat cum ſui diuiſione, & multiplicatione; quod de diuina eſſentia in tribus perſonis exiſtente nequaquam dicendum eſt; cum vna numero ſit in Patre, Filio, & Spiritu Sancto. Nec de hoc miremini, cum anima intellectiua creata ſit, & finita; nihilominus veri Philoſophantes concedunt eam totam eſſe in toto, & totam in qualibet parte corporis. Quid vobis videtur?

Eſtote ergo fortes in fide, & pugnate cum antiquo ſerpente, & membris eius.

*5. Dub.* Et ſi prætenderitis per locum à ſimili, probare eſſentiam diuinam multiplicari, quia anima intellectiua, eſt ſubſtantia ſimplex; nihilominus multiplicatur, cum vnusquiſq; homo, organizato corpore recipiat ſuam Animam, quæ à Deo, de nihilo creatur, & creando infunditur, &c. Quorſum iſta? Quid prætendis Barbare? & infidelis? ebrius es? à Dęmone poſſeſſus? & inſcius? Ignorasq; quod debes ſcire? obmuteſcæ inſanis. vt non dicam bellua. Anima eſt ne finita, vel infinita? eſt ne creata, vel increata? eſt ne: for-



Digitized by Google

ma, vel informis, corpuſq; animæ intellectiuæ conueniunt omnia ſunt creata, omnia finita, omnia limitata; eſſentia autem diuina illimitata, & infinita, quare multiplicari non poteſt. Et ideo vna in tribus, & tota, ſine multiplicatione in qualibet perſona; & ideo non multiplicatur, vt anima intellectiua. Ita ergo, ò Hæretice, crede, & fidelis eſto vſq; ad mortem; & firmiter recita, & confitere, quod in prima parte huius verſiculi, docet, canit, & firmiter credit; vt ab omnibus canendum, & credendum eſt. Sanctus Athanaſius. Deus eſt ex ſubſtantia Patris ante ſæcula genitus.

Et hoc eſt, quod à vobis ex præſenti labore deſidero, exopto, depoſco, & obſecro, vt ſicut fidem Chriſti in baptiſmo confeſſi eſtis, ita illam quotieſcunque, vbicunq;, & coram quibuſcunq; neceſſe fuerit, confiteamini inter alia dicentes, Deus Filius, Deus eſt ex ſubſtantia Patris ante ſæcula genitus, cui ſit honor, & gloria per infinita ſæculorum ſæcula. Amen. Docum.

## LECTIO VIGESIMATERTIA.

***Ante ſæcula genitus, & homo ex ſubſtantia Matris in ſæculo natus.***

TRiplex reperitur Chriſti Natiuitas apud Theologos, vt benè conſideranti apparebit, vnam vocari diuinam, aliam humanam, tertiam gratuitam, Not.

prima eſt ex Patre æterno; ſecunda eſt ex Matre ſolum; tertia fit in mente; in prima naſcitur æternaliter; in ſecunda temporaliter; in tertia ſpiritualiter. Ex Patre naſcitur Deus; ex Matre naſcitur homo. In mente naſcitur Spiritus; in prima naſcitur ſemper, in ſecunda ſemel, in tertia ſæpè; In prima habet Patrem ſine Matre, in ſecunda habet Matrem ſine Patre, in tertia Patrem, & Matrem; Quicunq; fecerit voluntatem Patris mei, qui in Cœlis eſt. Hic meus Frater, & Mater, & Soror eſt. Ioſephus autem dicitur Chriſti Pater putatiuus tantùm, vt Mariam, Virginem confiteamur ſecundum principia fidei, & Sanctæ Eccleſiæ Doctrinam; ante Partum, in Partu, & poſt partum. Quia peperiſſe Filium, eius puritati, & Virginitati nullo pacto contradicit. Niſi hoc fiat totaliter ex naturali virtute, quod in hoc opere nullo pacto dici poteſt. Cum Chriſtus Virginis Filius virtute Spiritus Sancti, & non agentis naturalis fuerit de puriſſimis ſanguinibus Virginis conceptus. Noſtra fide credente; Qui conceptus eſt de Spiritu Sancto, Natus ex Maria Virgine. Aduerſantur quippè Virginitas, & actio agentis naturalis ſuperioris, non agentis ſuper naturalis, veluti eſt Spiritus Sancti.

*Not.* *Not.* *Not.*

Qui tertia eſt in Trinitate perſona, & ex dictis tollitur difficultas, quæ communiter allegari ſolet.

1. *Dub.* Quomodo fieri poſſit eandem mulierem Virginem eſſe, & Matrem, quæ ſimul contrariæ eſſe videntur. quod ſi fieri poſſet ſecundum omnes Peritos, ſequeretur

tur

tur contraria ſimul poſſe verificari de eodem, quod nullus ſanæmentis vnquam conceſſit, nec peritus affirmauit. Quoniam ita ſibi inuicem repugnāt, quod per nullam potentiam naturalem ſimul verificari queūt, nec etiam per diuinam, quamuis Deum omnipotentem fateamur, & hoc non prouenit ex defectu omnipotentiæ, qua omnia poteſt. iuxta illud Abba, Pater omnia tibi poſſibilia ſunt; ſed prouenit ex eo, quod res non eſt factibilis, ſicut Deus non poteſt moueri, quia non eſſet immenſus; non poteſt peccare, quia non eſſet per eſſentiam bonus, non poteſt falli, quia non eſſet omni ſciens, & breuiter nihil poteſt contradicens, nec in ipſo imperfectionem ponens. Sed quia operari, quod perfectionis eſt, poteſt. Ideo quando vult operatur. Et ideo Chriſtus abſque contradictione vt Deus, eſt æternaliter genitus, & in tēpore homo factus. Dicente in præſenti verſiculo Athanaſio Sancto, Deus eſt ex ſubſtantia Patris ante ſæcula genitus, & homo ex ſubſtantia Matris in ſæculo natus. Solutio.

Cuius, vt iam dictum fuit, tres ſunt Natiuitates, ſcilicet diuina, humana, & gratuita, quas repræſentat Sacroſancta Mater Eccleſia Romana in die Natiuitatis Domini noſtri Ieſu Chriſti. Prima, quæ eſt æterna, & naſcitur de Patre tantum, in Miſſa, quæ dicitur in media nocte, quia fuit occulta, dicente Iſaia, Generationem eius quis enarrabit?

**Nec dicta verba aduerſantur facto Diui Matthæi** 2. Dub.

Chriſti generationem narrantis; Liber generationis Ieſu Chriſti, Filij Dauid, Filij Abraham &c. Nouiſſime concludens Iacob genuit Ioſeph Virum Mariæ, de qua natus eſt Ieſus, qui vocatur Chriſtus.

*Solut.* Nam hic Euangeliſta Matthæus loquitur de generatione temporali, quæ facta eſt ſemel. Propheta verò de æterna, quæ facta eſt ſemper; qua diſtinctione è medio omnis tollitur contradictio.

Secunda repræſentatur à Sancta Eccleſia in Auroræ Miſſa, quæ partim eſt occulta, & partim manifeſta. Occulta quantum ad modum, quoniam ex Virgine natus eſt, quod à ſæculo aliàs nunquam auditum fuit. Id enim ab homine naturaliter nequaquam cognoſci poteſt. Ideo inter Articulos fidei reponitur, vt quod naturaliter cognoſcere non valemus, ſupernaturaliter dignoſcamus; ſed manifeſta, quantum ad factum, cognita ab Angelis canentibus. Gloria in excelſis Deo; a Paſtoribus, qui inuenerunt ſicut ipſis ab Angelo dictum fuit; Dicentibus tranſeamus vſque Bethlem, & videamus hoc verbum &c. Quo viſo, reuerſi ſunt Deum laudantes, & glorificantes. A magis, vbi eſt, qui natus eſt Rex Iudæorum. Vidimus enim Stellam eius in Oriente, & venimus cum muneribus adorare. A Simeone ſene. Nũc dimittis ſeruum tuum Domine, ſecundum Verbum tuum in pace. Quia viderunt oculi mei ſalutare tuum. Quod paraſti ante faciẽ omnium populorum.

Ab Heliſabeth, cum fuit à Virgine viſitata, Et

vnde

Digitized by Google

vnde hoc mihi vt veniat Mater Domini mei ad me?
& ab omnibus Creaturis, quæ vt eis licuit, ipſum venerata ſunt.

Tertia, quæ eſt omnibus manifeſta, in tertia, vel vt dicunt communiter in maiori Miſſa. Quam tertiam in præſenti non tangit, nec commemorat Sanctus Athanaſius, ſed duas tantum primas. De prima ante ſæcula genitus ex Patre tantùm, & ab æterno, & de ſecunda homo ex ſubſtantia Matris, ſcilicet ex puriſſimis ſanguinibus Virginis conceptus in ſæculo natus. De qua in præſenti lectione loquimur. De qua æterna filij generatione, Regius Propheta dicebat, Ante Luciferum genui te, & alibi. Ego hodie genui te. Quod communiter exponitur à Doctoribus, Hodie, ideſt in æternitate, quemadmodũ etiam prius allegata veniunt intelligenda, Ante Luciferum, ideſt ab æterno. Nec in Deo neganda eſt aliquo modo generatio. Cum in ipſo omnis perfectio ponenda ſit, vt dicunt omnes Theologi, & perfectiori modo, quam ſit in creaturis, remota tamen omni imperfectione. Perfectionis enim eſt in creaturis vnã generare aliã, & vt generans genite eandem communicet naturam. Sed imperfectionis eſt in dictis creaturis, vt non poſſint communicare eandem naturam numero, ſed ſpecie. Tollatur igitur, quod imperfectionis eſt, & Deo quod perfectionis eſt, attribuatur. Et ſic habebimus filium æternũ eiuſdem naturæ numero cũ Patre, ideo dicit littera Symboli, Deus eſt ante ſæcula genitus, & homo ex ſubſtantia &c

Nota

Nota

Æter-

Æternus ergo Filius eſt, & Pater, Arriū contrariū, & alios Hæreticos affirmātes Chriſti diuinitatem, & æternitatem negantes, qui, teſte Apoſtolo, Virtus eſt in ſalutem omni credenti. Et alibi; Ante me, non eſt alius Deus, nec poſt me erit; & ab omnibus firmiter credendum eſt, veluti ſuperius edocti fuimus: Æternus Pater, æternus Filius, &c. idq; pulcherrimo exemplo confirmat Sanctus Auguſtinus ex Hyppoteſi poſita, ſi ignis eſſet æternus, ſplendor ab ipſo genitus, eſſet æternus. Ita dicendum eſt de Patre, & Filio in Sanctiſſima Trinitate, qui, teſte Diuo Paulo, eſt figura ſubſtantiæ, & ſplendor eius, &c. in qua Trinitate nihil prius, aut poſterius; & ideo dicit Auctor Ante ſæcula genitus.

At quia firmiter creditur filium æternaliter à Patre genitum, veluti in præſenti verſiculo, ac eius principio nos admonet Sanctus Athanaſius.

*3. Dub.* Num poſſimus dicere eſſentiam diuinam generari? vel poſſe generari? vbi loquor, non de poſſe ſimpliciter, ſed de iure, rationabiliter, & Catholice. Multa enim poteſt quis, vel aliquis primo poſſe, quod non ſecundo. Primum enim poſſe, non reſtringitur ad rationabiliter poſſe, ſed trahitur ad quodcunq; poſſe, ſecundum autem poſſe reducitur ad rationabiliter poſſe.

*Sol.* Cui interrogationi, vt ſolet diſtinctè, doctè, & Catholicè ſatisfacit Sanctus Thomas, dicens. Quod cum omne, quod generatur, ſiue per ſe, ſiue per ac-

cidens,

Digitized by Google

cidēns, oporteat, eſſe diuerſum in generante, & genito, quia nihil generat ſe, & quia diuina eſſentia eadem eſt in Patre generante, & filio genito, in quibus eſt vna natura, ideo nec per ſe, nec per accidens generatur. Nam eſſentia non eſſet prædicatum abſolutum, ſed relatiuum, cum generans, & genitum, vt ſcientes nouerunt relatiuè dicantur.

Nec vos conturbent Hylarij verba dicentis: Nihil enim niſi natum habet filius, ſed filius habet eſſentiam, ergò eſſentia eſt nata, ergò generata. 4.Dub.

Quia hoc dictum ſecundum Sanctum Thomam, improprie eſt dictum. Et eius interpretatio eſt talis, ne fidei adverſetur. Nihil niſi natum, ideſt naſcendo acceptum, Quoniam omnia, quæ habet filius diuinus accepit à Patre in ſua æterna generatione. Nihil enim eſt in Patre, dicens perfectionem, vel prædicatum abſolutum, quod non ſit in filio, & in Spiritu Sancto. ſi enim contrarium iurè, & fideliter dici poſſet, falsè Diuus Athanaſius locutus fuiſſet, dicens. Æqualis Patri ſecundum diuiniſtatem. Et in hac Trinitate Nihil maius, aut minus, ſed totæ tres perſonæ, ſibi ſunt coæquales; & quamuis omnibus rectè iudicantibus prima facie, appareat aliquid eſſe in vna perſona, quod non in alia, ſcilicet paternitatem, filiationem, & ſpirationem paſſiuam. Solut.

Hoc in nullo me lædit: quia iſta ſunt relatiua, non perfectionem, neq; imperfectionem formaliter dicentia, veluti aliàs me declaraſſe exiſtimo. Nunc 5.Dub. Solut.

autem

autem ſi benè recolitis; & quaſi immediatè dixi, de prædicatis abſolutis, & perfectionem dicentibus facio ſermonem.

Vt autem ſine errore ſciatis; quid in diuinis generet, & quid non; dicta Theologorum, & propoſitiones hanc difficultatem enodantes, in medio ſunt ponendæ. quibus poſitis, veritas omnibus clareſcet. Eſſentia generat eſſentiam. Eſſentia generat perſonam. Perſona generat eſſentiam. Perſona generat perſonam. quarum tres primæ falſæ ſunt, nouiſſima verò vera eſt, & Catholica.

Vniuerſaliter enim omnes Theologi confitentur eſſentiam non generare, neq; generari; cum omnes fateantur generans, & genitum realiter diſtingui, & ſic eſſentia diſtingueretur realiter à ſe ipſa, & quæ realiter diſtinguuntur, ſecundum Subtiles ab inuicem ſeparantur. Ex quo conceſſo, quod prius petebatur; idem diſtingueretur à ſe ipſo realiter. Nec veritatem lædit aſſertum à Porphyrio. Quod Sortes ſenex, differt à ſe ipſo Puero. Quoniam illa eſt differentia communiſſimè dicta, ſeu accidentalis. Hic autem loquimur magis propriè, & de eſſentiali, quia ſermo eſt de eſſentia, ſi non vidiſti, & conſideraſti. Vide & diligenter conſidera.

6.Dub. Reſpondens autem illi difficultati, quæ communiter ſolet examinari. Dico conceptionem Chriſti ex parte Spiritus Sancti fuiſſe ſupernaturalem, & ex parte Virginis naturalem, audiſtis, diſtinguite, appli-

plicare, ampliare, & reſpondere.

Qui cum de ſubſtantia Matris in ſæculo ſit natus, clarè conſtat, quātum nos verus Deus dilexerit, qui ſemetipſum pro nobis tradidit, vt nos ab omni malo liberaret. Amen.

## LECTIO VIGESIMAQVARTA.

*Perfectus Deus, perfectus homo, &c.*

CVm in ſuperioribus oſtenderit Diuus Athanaſius contra multos Hæreticos, qui Chriſti diuinitatem negabant, ipſum verum Deum, & hominem fuiſſe, & hoc ſi memores eſtis exemplis, rationibus, & auctoritatibus, non ſolum Sanctæ Eccleſiæ verum etiam veteris, & nouæ legis, in præſenti verſiculo oſtendit, hoc fuiſſe ab inſtanti conceptionis ſuæ. Quamobrem dicit Perfectus Deus, Perfectus homo, ex anima rationali, & humana carne ſubſiſtens. Fuit enim mox perfectus in corpore, quia habuit omnia membra ad perfectionem humani corporis requiſita. Et in nullo fuit imperfectus, neq; orbatus, neq; priuatus. Sed omnia perfecta, & bene aptata. Ideo de eius pulchritudine, atq; formoſitate Regius loquens dicebat Propheta. Specioſus forma præ filijs hominum. Itaq; ſicut firmiter, & abſque vlla hæſitatione prædicare poſſumus, & fateri valemus, nulli alteri Creaturæ eſſe tantam ſapientiam, & gratiam datam, quantam animæ Chriſti, de qua *Nota.*

X San-

Sanctus Ioannes, Vidimus eum plenum gratiæ, & veritatis. de cuius plenitudine (vt alibi legitur) omnes accepimus. Ipſo clamante immo clamitante ſæpè, ac ſæpius. Qui ſitit, veniat ad me, & bibat. longè antea ex perſona Creatoris ab Iſaia factum, Omnes ſitientes venite ad aquas. Qui enim (teſte Domino Ieſu) biberit ex aqua huius mundi, ſiue literarum, ſiue ſcientiarum, diuitiarum &c. Sitiet iterum. Qui autem biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non ſitiet in æternum, ſed fiet in eo Fons Aquæ viuæ ſalientis in vitam æternam. Ab omnibus impetrandam, poſtulandam, & ab ipſo flagitandam. Ita poſt hanc digreſſionem pulcher fuit, & ſpecioſus in corpore, quo nullus vnquam pulchrior effectus fuit, abſque omni defectu, & omni decore repletus, quod verum non eſſet, ſi aliqua ſpecioſitate caruiſſet. Id autem neceſſariò dicendum, ſi ex aliqua parte, & aliquo modo imperfectus eſſet, quam ab eo tollens Sanctus Athanaſius, & omnem perfectionem in eo exiſtere detegens. In præſenti canit verſiculo, Perfectus Deus, perfectus homo, ex anima rationali, & humana carne ſubſiſtens. Eiuſq; corpus fuit diuina virtute formatum. Et in eodem inſtanti temporis anima eius creata fuit à Deo, corpus organizatum, & diuinitati vtrunq; vnitum. Quia ſi fuiſſet aliquod temporis inſtans, in quo anima eius fuiſſet ſuo corpori vnita. Verè potuiſſet dici hominem perfectum fuiſſe. cum ad tale eſſe duæ dictæ partes requirantur, &

*Not.*

com-

Digitized by Google

communiter à peritis vocantur partes eſſentiales. Manus autem. Pedes, Brachia, Caput, &c. partes nuncupantur integrales. Si ergo vnio animæ ad corpus præceſſiſſet, aliquo tempore aſſumptionem factam à Verbo, ſequeretur Virginem puri hominis Matrem extitiſſe, & ſic eſſet Hæreſis negantium Virginem Glorioſam fuiſſe veram Dei matrem. Vt igitur talem Hæreſim euitemus, debemus firmiter confiteri omnia iſta virtute Spiritu Sancti in eodem inſtanti temporis effecta fuiſſe, ſcilicet corporis organizationem, eiuſdem animationem, & aſſumptionem à verbo vt Dei, & Hominis Mater vera dicatur Sancta Virgo, iuxta illud Mater Dei, Sancta ora pro nobis. Nota

At quoniam ſæpè, ac ſæpius legendo inuenitur inter dicta tria, reperiri aliquam prioritatem, & poſterioritatem.

Quomodo ſaluabitur, quod paulò ante dictum fuit illa tria in eodem inſtanti facta, ſeu operata fuiſſe? Quandoquidem eſſe prius, & ſimul contradicunt. 1. Dub.

Dicatis, vt tollatur huiuſmodi difficultas, & deſtruatur apparens contradictio, conditiones contradictionis. quibus adductis liquidò conſtabit, nullam hic adeſſe. Sciunt enim iuuenes in logica periti, & poſt prædicamentis operam nauantes; prius & ſimul multifariam accipi poſſe. Verum breuitati incumbens ad duas vtriuſq; acceptiones reduco. Et ſi mihi non creditis litera iuuenes otioſi ſtudete, ibique adinuenieritis, ſimul accipi tempore, & natura ita de Solutio.

 priori.

Digitized by Google

priori. Quibus ſic diſpoſitis, difficultati reſpondeatis velim ſimul omnia in eodem inſtanti temporis virtute agentis ſupernaturalis facta fuiſſe.

Non autem in eodem inſtanti naturæ; quia vt aiunt Subtiles, & maximè Princeps. prius natura fuit corpus diſpoſitum, & organizatum, quam ei anima fuerit infuſa, & ſic dicendum eſt animatum in ſecundo inſtanti naturæ; cum ab animatione, ſeu ab anima talis organizatio præſupponatur. Neganti autem hanc veritatem ſi quis adeſſet, qui inſanis vocandus eſſet. Occurrite cum verbis Ariſtotelis, diffinitionem Animæ intellectiuæ adducentes. In qua, & ex qua clarè conſtat, Animam intellectiuam formã eſſe, non aſſiſtentem, vt aliquando docuit iniquus Auerroes, ſed ſubſtantialem, & informantem: haud tamen cuiuſcunq; corporis, ſed corporis organizati, & minimè Embrionis, & ideo dicit, Anima eſt actus corporis Phyſici, Organici, potentia vitam habentis. Vbi in vltimis verbis loquitur de vita, quantum ad actum ſecundum, & nequaquam quantum ad actum primum. Quia Anima eſt actus primus, exercere opera vitæ eſt actus ſecundus, ad quem eſt impotentia, quamuis anima ſit actu corpori vnita. & in tertio inſtanti fuerunt iſta à Filio Dei aſſumpta; breuiter prioritas ponitur naturæ, & tria inſtantia, temporis nulla. Sed vnum tantum inſtans, rectè igitur dicit Sanctus Athanaſius, Perfectus Deus, Perfectus homo, ex anima rationali, & humana carne ſubſiſtens.

Not.

hanc

hanc veritatem, & Patre Damaſceno confirmante. Non prius caro, non prius animata caro, ſed ſimul caro, ſimul animata caro, ſimul Verbi Dei caro. Vnde perfectus Deus, & perfectus homo ex anima rationali, & humana carne ſubſiſtens.

Sed dicentem audio, cum incarnatio filij Dei opus ſit Sanctiſſimæ Trinitatis, vt dicit Magiſter. Cur ſæpè, ac ſæpius attribuitur Spiritui Sancto? vt apparet in Symbolo Apoſtolorum. Qui conceptus eſt (ait Sanctus Ioannes) De Spiritu Sancto, Natus ex Maria Virgine; & in Symbolo Patrum, & Incarnatus eſt de Spiritu Sancto. Et in Salutatione facta ab Angelo Gabriele ex diuina ordinatione. Cum de modo inſtrueretur Immaculata Mater ab Angelo, & diceretur ei, Spiritus Sanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſſimi obumbrabit tibi, &c. Ex quibus verbis nulli liceat inferre, Igitur Spiritus Sanctus non erat in ea, quia boni, Templum ſunt Spiritus Sancti. Sed quia iam in ea erat per gratiam ſpecialem, cui maior eſt communicata, quàm vnicuique alteri Creaturæ puræ, vt multis modis per dicta Sanctorum, & Sacræ Scripturæ faciliter comprobari poſſet, quæ nunc cauſa breuitatis relinquo, vel aliàs dicendu propono. Sed dicta verba intelligenda ſunt, alio modo, quam in alijs. Quoniam, & ſi iam in ea magis quam in aliis eſſet, ſcilicet per maiorem gratiam gratum facientem, dicente Angelo, Aue gratia Plena &c. 2. Dub.

Sed in ea per nouum modum, quo in nulla alia Salut.

Crea-

Creatura extiterat, nec futurus erat, ſcilicet per ſpecialem operationem quæ erat, vt de puriſſimis ſanguinibus eius formaret corpus à verbo aſſumendum, ſicuti verè in tempore debito formatum fuit, & aſſumptum. Dicente Symbolo noſtro, Perfectus Deus, Perfectus homo ex anima rationali, & humana carne ſubſiſtens.

*4.Dub.* Quoniam & ſi abſolutè loquentes, ideſt de potentia Dei abſoluta potuiſſet aliam naturam à rationali aſſumere.

*Solut.* Non tamen de potentia ordinata. Cum ante ſæcula per diuinam ſapientiam, vt hoc modo fieret, decretum erat, & iſte modus ſecundum Theologos conuenientior fuit; non enim abbreuiata erat manus Dei, vt aliter ſaluare nequiret, de quo maximas, ingentes, & infinitas (ſi valemus) debemus referre gratias.

*Solut.* Cui interrogationi principalis difficultatis ſatisfa-
cit Sententiarum Magiſter; hoc non dici ad excludẽ-
dum ab hoc opere, vel Patrem, vel Spiritum Sanctũ,
*5.Dub.* cum vna ſit trium ad extra operatio, ſed quia Spiri-
tus Sanctus eſt charitas, & donum Patris, & filii, &
*Solut.* Dei charitate Verbum Caro factum eſt, ſic atteſtan-
te Diuo Paulo: Non ex operibus iuſtitię, quæ feci-
mus nos, ſed ſecundum ſuam Miſericordiam ſaluos
nos fecit, & ad Epheſios, Deus, qui Diues eſt, in mi
ſericordia, & miſerationibus propter nimiam chari-
tatem ſuam, qua dilexit nos, cum mortui eſſemus pec

catis

catis conuiuificauit nos Chriſto. Cuius gratia ſaluati ſumus; & ineffabili Dei dono filius æternus, ſibi carnem vniuit, & hęc eſt cauſa, quod incarnatio Spiritui Sancto attribuitur.

Ideo dicitur conceptus de Spiritu Sancto, & ſuum corpus Spiritus Sancti virtute formatum. ideo ab inſtanti conceptionis ſuæ dicitur, Perfectus Deus, & perfectus homo. Not.

Verum vos latere nolo, quod cum in Sacris literis, vel alibi apud Catholicos dicitur, Deum, vel Spiritum Sanctum Charitatem eſſe, hoc de Charitate inhærente, nequaquam intelligendum fore. Cum Deus nullum in ſe accidens habeat; quoniã compoſitus eſſet, quia vt ſic tantum eſt in Creaturis, ſed Deus dicitur charitas perſonalis, & increata, & per eſſentiam, quomodo à Creatura tollitur; itaquod in eo nullum ponitur accidens, nec compoſitio, quamuis dicatur Charitas. Attamen in confeſſione iſtius veritatis permanendum eſt, in qua dicitur Perfectus Deus, Perfectus homo, ex anima rationali, & humana carne ſubſiſtens. 6. Dub. Solut.

Tu igitur Bone Ieſu, qui perfectus es Deus, perfectus es homo ex anima rationali, & humana carne ſubſiſtens; qui nos in hac miſeriarum valle, ob noſtra peccata poſitos eſſe cognoſcis. Adiuua nos, & vos peccata deſerentes, & benè operantes. pœnitentiam agite, & ab eo peccatorum veniam petite; Qui abundantius dat, quam petimus, cum Docum.

in eo

in eo Miſericordia ſemper ſuperexaltet iudicium. Amen.

## LECTIO VIGESIMAQVINTA.

*Ex anima rationali, & humana carne ſubſiſtens, &c.*

MAximopere oberrant, ſicut ſemper errarunt Hæretici dicentes Chriſtum non habuiſſe veram carnem humanam, ſed cœleſtem, fantaſticam, & apparentem, è cœlo allatam; quod non ſolùm ex verbis præſentis Symboli clarè apparet dicentis, Perfectus Deus, Perfectus homo ex anima
Not. rationali, & humana carne ſubſiſtens. Sed etiam ex ore Chriſti dicentis, Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem, Ecce veritas animæ intellectiuæ. Spiritus quidem promptus, caro autem infirma, quæ quidem caro ex puriſſimis ſanguinibus Virginis virtute Spiritu Sancti formata fuit verè, & realiter caro.
Not. Et ſi aliquandò apud Doctores Sanctæ Eccleſiæ inueneritis ipſam fuiſſe de Cœlo allatam, id haud ſimpliciter intelligatis. Quoniam Hæreticum eſt, & Hæreticorum propoſitio. cum firmiter quilibet fidelis credere teneatur, vt credit Sancta Mater Eccleſia Catholica, & Apoſtolica. quod mox vt Virgo ab Angelo Gabriele fuit ſalutata, & de myſterio edocta, conſenſitq; inquiens, Ecce Ancilla Domini, fiat
Not. mihi ſecundum verbum tuum. Spiritus Sanctus de-

ſcendit in eam, non quod mutauerit locum, & de nouo in ea habitauerit. Quoniam Sancti, & boni, Templum ſunt Spiritus Sancti. quamuis & etiam hoc modo magis, & prius, ideſt perfectius fuerit in ea, quàm in aliquo alio Sancto, (Chriſto dumtaxat excepto) ſed quodam modo ſpeciali, quomodo in vnoquoque alio, abſq; aliqua ſui mutatione, quæ ei ob eius infinitatem, & immenſitatem repugnat, ſicuti & alijs diuinis perſonis, & ſub hoc ſenſu dicitur, tunc in eius vterum deſcendiſſe, formans ſua virtute, & in inſtanti corpus à Verbo aſſumendum, vt fuit aſſumptũ, ſicut in præterita lectione fuit monſtratum, itaquòd huiuſmodi deſcenſus, dicitur aduentus Spiritu Sancti in vtero Virginis, abſq; aliqua ipſius locali mutatione, nouitate, alteratione, & imperfectione, non relinquens vbi erat, quia non eſſet immenſus, nec quod erat, quia non fuiſſet neceſſe eſſe; quam veritatem confitemur in Articolis fidei. Qui conceptus eſt de Spiritu Sancto, Natus ex Maria Virgine, et in Concilio Niceno idem continetur. Not.

Eis autem, quæ iam ſunt dicta, non aduerſantur, ſi benè, & rectè intelligantur verba aliquorum dicentuum, è Cœlo à Chriſto Corpus eius fuiſſe allatum, non quod ita verè, & realiter factum ſit, quia talis aſſertio fidei aduerſatur, ſub quo ſenſu ab omnibus reijciatur. Si autem vt ab aliquibus Catholicis Doctoribus exponitur, intelligatur Catholica eſt, & Not.



Digitized by Google

vera, cuius ſenſus eſt, vt inquit Seraphicus Doctor, è Cœlo talem carnem fuiſſe, quia non eſt concupiſcentialiter ſeminata, vt caro aliorum hominum; ſed Spiritu Sancti virtute formata, ſecundum quem intellectum, magis videtur fauere Virginis puritati, quam aduerſari; Animam ergò rationalem veram, & carnẽ habuit Chriſtus, dicente Symbolo, ex anima rationali, & humana carne ſubſiſtens.

**1. Dub.** Veritati, & realitati carnis noſtræ à Verbo aſſumptæ minimè repugnant verba illa: In ſimilitudinem hominum factus, & habitu inuentus, vt homo.

**Solutio.** Quoniam ſimilitudo hic non attenditur penès ſubſtantiam Carnis, quam non ſimilitudinarie, ſed realiter aſſumpſit.

Quoniam ſi ſecus factum fuiſſet, non noſtra natura, ſed illa aſſumpta, fuiſſet redempta. Quod enim dicit (fides noſtra) eſt in aſſumptibile, eſt incurabile; quod eſt inaſſumptum, eſt incuratum, quod autem nos ſimus liberati, & perfectè curati, quantum fuit ex parte Chriſti. Attendite, & diligenter conſiderate verba Sancti Ioannis, lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo. Et Diuus Paulus, Empti enim eſtis precio magno glorificate, & portate Deum in corpore veſtro. Et

**Not.** Princeps Apoſtolorum Peccata noſtra ipſe portauit, ideſt pœnas peccatorum noſtrorum in corpore ſuo ſuper lignum: longè antea ab Iſaia prædictum, verè languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit, cuius liuore ſanati ſumus. Verum ergò Corpus,

& Ani-

Digitized by Google

& Animam habuit Chriſtus, ex anima rationali, & humana carne ſubſiſtens.

Nec vos conturbent, quæ ab aliquibus dici poſſent, quod ſi Chriſtus talis eſt, vt dictum fuit, Creatus, factus, & formatus ex puriſſimis ſanguinibus Virginis. Igitur eſt finitus, & in prædicamento repoſitus, vt homo, qui eſt prædicatum abſolutum in prædicamento ſubſtantiæ, vt filius, in prædicamento relationis, quod nequaquam de Chriſto, qui increatus eſt, & infinitus, teſte Diuo Athanaſio; Increatus Pater, Increatus Filius &c. dici debet. *2. Dub.*

Cuius ſolutionem ipſemet tetigiſti, ſi diligenter aduertiſti, & ego rectè intellexi. Inuens in tua dubitatione Chriſtum conſtitutum eſſe in perfecto eſſe per duas naturas, diuinam, & humanam, quod ipſe etiam concedo, & affirmo. Quod autem ſimpliciter ſit in aliquo prædicamento omnino nego. Quid autem tu ſentias, ignoro, benè tamen de te exiſtimans. Credo te id affirmare, quod ego. Audi me dicentem. Chriſtum proculdubio in prædicamento eſſe, ſecundum naturam humanam, & creatam, finitam, limitatam, & compoſitam; in eo accidentia eſſe, & multa alia in quibus nobiſcum conuenit. Omni tamen imperfectione à ſua bonitate remouentes; & ſic vt homo eſt in prædicamento ſubſtantiæ, vt magnus, in prædicamēto quantitatis, vt albus in prædicamento qualitatis, vt filius Virginis Glorioſæ in prædicamento relationis, &c. *Solut.*


Digitized by Google

Si autem de ipſo ſecundũ naturam diuinam loquamur, & vt verus æterni Patris filius, habens eandem naturam cum Patre, ſapientiam, ſcientiam, magnitudinem, bonitatem, &c. Caueant, & obmuteſcant aſſerere, & imaginari quod prius dictũ fuit .ſ. Chriſtũ ſecũdum quod Deus eſt, in prædicamento reponi; cum hoc repugnet eius ſimplicitati, & infinitati. hoc tamen quod principaliter ſentimus, & docemus in præſenti verſiculo, verum eſt, ex anima rationali, & humana carne ſubſiſtens.

In quibus verbis liquidò apparet Chriſtum perfectum hominem extitiſſe ex corpore, & anima conſtitutum. Perfectum Deum, perfectum hominem, habuiſſeq; eſſe eſſentiæ, exiſtentiæ, & ſubſiſtentiæ, quæ quid ſint, quæ ſint, qualia ſint, quomodo conueniant, quomodo differant, & alia ad hoc neceſſaria requiſita, alias dicta fuiſſe exiſtimo; & ideo pro nunc ſubticeo, & pertranſeo.

Not. Et ſuper illo verbo, Perfectus, ſciendum eſt poſſe multifariam accipi ſecundum doctrinam Magiſtri in ſecundo Sententiarum. verum vt breuius quo fieri poteſt, iſtud perſtringam, ad duos reduco. Quorum vnus eſt ſimpliciter, alius verò ſecundum Naturam. Primus dicitur ille, qui omnes perfectiones vniuerſaliter continet; ſi non formaliter, ſaltem eminenter, & ſic ſolus Deus dicitur perfectus; quia in ſe omnium rerum perfectiones continet, ſub qua ſignificatione nihil aliud perfectum dicitur. Nec propoſitioni aſ-



Digitized by Google

ſertæ contradicit, quod ponit Moyſes Geneſis primo. **Not.**
Inquiens, Dei perfecta eſſe opera. Quoniam ibi non loquitur de perfectione dicta, ſed dicenda, & eſt perfectio in genere, & in determinato gradu ſecundum quam omnes Creaturæ vt opera Dei ſunt, perfecta dicuntur, & talis perfectio generica nuncupatur, & hæc ſecundum debitum gradum eſt in omnibus creaturis; quæ omnes bonæ ſunt, bonitate participata, quę Deo non conuenit, ſed per eſſentiam, & naturam.

Sequitur de perfectione hominis, ſeu creaturarum, quæ ipſis à Deo omnium bonorum donatore eſt clargita, teſtimonio Sancti Iacobi. Omne datum optimum, & omne donum perfectum deſurſum eſt deſcendens à Patre luminum, & Diuus Paulus. Quid habes, ò homo quod non accepiſti? Si autem accepiſti, cur gloriaris? quaſi non acceperis? Eſſe eſt donum Dei, ipſe fecit nos, & non ipſi nos. Ideo viuere eſt donum Dei, in ipſo viuimus, mouemur, & ſumus. iuſtificatio, Deus eſt, qui iuſtificat impium. Remiſſio peccatorum; Ego ſum, qui deleo iniquitates populi. Sed quid plura? gratiam, & gloriam dabit Dominus. Ideo perfectus in ſe, & in ſuis operibus. Dicente Diuo Athanaſio, perfectus Deus &c.

Sed dicentem audio, propter quid Deus eſt perfectus, & quo, ſeu quibus apparet eius perfectio. poſſent aliqui dicere, quia eſt æternus, æternus Pater, **3. Dub.**
æternus Filius &c. alij quod eſſet increatus, Increatus Pater, increatus Filius &c. quod eſſet immenſus. Immen-

menſus Pater, immenſus Filius &c. quod eſſet omnipotens. Omnipotens Pater, omnipotens Filius, &c. omnia cognoſceret. Omnia nuda, & aperta oculis Domini; & breuiter à multis; multa dici poſſent, quæ ſibi verè conueniunt, & de ipſo prædicantur, nihilominus ſic ſeorſum, & diuiſim intellecta, mihi, vt cuicunq; alteri ſatis videntur imperfecta.

*Solut.* Quærenti autem à me, quare, ſeu propter quid perfectus dicatur Deus; breuibus reſpondeo. Quia eſt Deus, & omnis alia ratio mihi videtur imperfecta, & reſponſio diminuta. Ideo dicit Perfectus Deus, & ſequitur, perfectus homo; ad cuius perfectum eſſe, quantum ad naturalia ad partes qualitatiuas, & quantitatiuas ſufficit, quod habeat animam intellectualem cum ſuis potentijs memoria, intellectu, & voluntate, quantum verò ad corpus, quod habeat omnia membra ad eius perfectam integritatem requiſita. Quæ omnia perfecte fuerunt in Chriſto. Ideo ſequitur Doctor, Perfectus homo. Quod autem in ipſo fuerit anima; declarant præſentis verſiculi verba, ex anima rationali, & humana carne ſubſiſtens. Vbi caro non accipitur pro vitio, & concupiſcentia, vt ibi, Caro concupiſcit aduerſus ſpiritũ, & ſpiritus aduerſus carnem, quę non fuerunt in Chriſto, in quo nulla fuit rebellio carnis, ad ſpiritum, nec difficultas ad benè operandum, ſicut in nobis, qui in peccatis concepti, & nati ſumus. Hoc enim ſuæ innocentiæ ſummopere præiudicaret.

*Not.*

Nec

Digitized by Google

Nec ſumitur in præſenti verſiculo. Ex humana carne, veluti Ioannis primo, & Verbũ caro factũ eſt; vbi caro pro toto homine accipitur conſtante, ex anima, & corpore, & idem eſt dicere, vt aliàs me dixiſſe credo. Caro, ideſt homo; quia ſi caro hic, ſic acciperetur in Chriſto eſſent duæ animæ, vna in illa carne, de qua Ioannis primo, alia de qua hic. Ex anima rationali, & humana carne ſubſiſtens. Vbi Caro accipitur pro corpore organizato. Tacite autem difficultati reſpondens. An in corpore Chriſti, ſeu in Chriſto fuerint tres animæ, ſcilicet vegetatiua, ſenſitiua, & intellectiua. *Not.* *4. Dub.*

Reſpondetur affirmatiuè, & ex effectibus apparet. Quoniam augumentatus eſt, ſenſit, & intellexit, idque ab omnibus communiter aſſeritur. Si autem fuerint tres, verè, & realiter, vel vna tantùm, quæ eſt intellectualis. Alias virtualiter continens quemlibet in ſua opinione relinquo, veritati me ſubmitto, ac ſingulis me reuerenter inclino. *Solut.*

Qui ergo perfectus eſt Deus, & perfectus eſt homo, ipſum obſecratæ, vt huiuſmodi cognitis, quæ pro nobis operatus eſt, ipſum ſequamur, & imitemur, vt in Cœleſtem Hieruſalem ingrediamur. Amen. *Docum.*



Digitized by Google

## LECTIO VIGESIMASEXTA.

### *Aequalis Patri ſecundum diuinitatem, minor Patre.*

QVoniam in ſuperioribus dixit Sanctus Athanaſius Christum Ieſum Dominum noſtrum, ſeu æternum filium eſſe de ſubſtantia Patris, vt ibi, Deus eſt ex ſubſtantia Patris ante ſæcula genitus: Ne quis propter hoc, ipſum æternum filium in diuinitate, ac maieſtate minorem Patre eſſe cogitaret. Statim ſubdidit, & quaſi immediatè adduxit verba in præſenti
Not. lectione declaranda: Æqualis Patri, ſecundum diuinitatem, in tribus perſonis, nequaquam multiplicatā, ſed numero vnam; & ne quis Chriſtum verum Deū, & hominem ſimpliciter, Patri æqualem eſſe exiſtimaret, ideſt ſecundum deitatem, & humanitatem, immediate ſubiunxit, minor Patre ſecundum humanitatem. Per primam partem præſentis verſiculi excludit errorem Arrij, Cherinti, Hebionis, Famoſceiani, ac aliorum Hæreticorum, & Sinagogæ, ipſum Chriſtū, puram creaturam credentium: æqualis Patri ſecundū diuinitatem: itaquod ex doctrina Patris Auguſtini, & omnium Theologorum, atque ex principijs fidei nullo modo Chriſtianum debere dubitare, filium æternū
Not. in omnibus æqualem eſſe æterno Patri; & nihil eſſentiale eſſe in Patre, vel poſſe Patrem, quæ non ſint numerō eadem in æterno filio. Et quamuis alium filium

non

non generet, hoc non eſt eſſentiale, ſed notionale, & perſonale. cum Patri conueniat, & non Filio, & plurimum refert, inter notionale, & eſſentiale; quia primum conuenit vni perſonæ, vel duabus ad plus. Secundum tribus, conueniunt enim, vt fideliter conſideranti apparebit in æternitate, magnitudine, ideſt perfectione, & poteſtate, &c. *Not.*

Dicente Sancto Auguſtino. Nullus alium præcedit æternitate, excedit magnitudine, aut ſuperat poteſtate, non æternitate, quia vnus eſſet prior altero; Non magnitudine, quia vnus eſſet potentior alio, Nec poteſtate, quia poſſet aliquid vnus, quod non alius, ab Athanaſio in præcedentibus denegatum. Et in hac trinitate nihil prius, aut poſterius, nihil maius, aut minus, ſed totæ tres perſonæ coæternæ ſibi ſunt, & coæquales. *Not.*

Nec verba iſta contradicunt, nec Scoti doctrinam deſtruunt ponentis aliquam prioritatem inter diuinas perſonas. Quoniam, & ſi in hoc à multis diſcordet, fidelis tamen, & Catholicus eſt. Non negans, quod alij affirmant, ſed ponens aliquid, cuius prædeceſſores nequaquam meminerunt. *1. Dub.*

Negat enim, & ipſe cum alijs Theologis inter diuinas perſonas dari prioritatem temporis, & naturæ; ſed ponit prioritatem originis, quæ æternitati diuinarum perſonarum minimè contradicit. *Solutio.*

Quod ſi aliquis prætenderet, nullum alium huius prioritatis originis meminiſſe; credo mendacem eſſe. *2. Dub.*

Cum tantus Doctor nunquam fuerit ſine fundamento lo- *Solut.*

to loquutus. Sed etiam hoc dato, & non conceſſo, ſecundum me, nihil concludunt, nec tanti Doctoris Subtilitati aliquo modo præiudicant. Et hæc non eſt mea doctrina, ſed Ariſtotelis in libris Topicorum docentis, non licere per locum ab auctoritate negatiuè inſtare, hoc non dicit Auerroes, ergò non eſt tenendum, à ſimili dicendum eſt in caſu propoſito Theologi, A. B C. &c. hoc non dixerunt, ergo non eſt tenendum, & quod peius eſt, ſi hoc modo argumentari fas eſſet, multa mala ſequerentur, vt quod non eſſet Trinitas, nec Creatio, Incarnatio, Reſurrectio, &c. omnia à naturalibus negata, & à noſtra fide firmiter credita.

De primo tres ſunt, qui teſtimonium dant in Cœlo, Pater, Verbum, & Spiritus Sanctus. De ſecundo, In principio Creauit Deus Cœlum, & Terram. De tertio, Verbum caro factum eſt. De quarto, Omnes quidem reſurgemus.

Nunc autem ad textum, & ad litteram redeuntes, in qua dicitur de filio æqualis Patri ſecundum diuinitatem, meritò aliquis quærere poſſet, Frater mi Proſper pluries in lectionibus Theologiæ à te in Conuen-

**3. Dub.** tu Vrbini palàm audiui æqualitatem fundari ſuper quantitatem, quantitas autem genus eſt, tunc Deus in genere eſſet. Quantitas eſt quid finitum, ergo Deus finitus eſſet; & multa alia dicerentur abſurda. Nec ab Ariſtotele, quod dixi, nec ab eius doctrina alienum eſt, qui proprietates aſſignans quantitatis, &

præ-

præcipue, propriæ propriam, id eſt quartò modo, pro prij propriam, quod idem eſt, ac ſi dicatur per doctrinam Porphyrij conuenire, omni ſoli, & ſemper. Quæ conditiones ſimul vnitæ non dicuntur de alijs acceptionibus proprij, vt veſtrum eſt in logica Periti iuuenes, ſi qui adeſtis, ſcire & conſiderare, & verum ſit, nec Deum, nec aliquid formaliter dictum de Deo eſſe in genere.

Quomodo Sanctus Athanaſius hanc nos propoſitionem docet de filio æterno loquens, æqualis Patri? 4. Dub.

Reſpondent formalizantes, quantitatem duplicem adinueniri illam primam diuiſionem ponentes entis, per quantum, & non quantum dicentes derelicto illo membro ſcilicet non quanto & alio accepto videlicet quanto, quantitatem duplicem eſſe, ſcilicet, Molis, Extenſiuam, & Materialem, quæ in Deo non reperitur, & nullo pacto ponenda eſt; quia ab eo ſimplicitatem remoueret, & compoſitionem poneret. Sed tantùm in creaturis compoſitis, & materialibus Quod ideo dico propter Angelos cuiuſcunq; ordinis ſint, & propter animas intellectiuas. Materia carentes, & vtrunq; dictorum eſt ſub ſubſtantia incorporea; & Creaturæ dicuntur. Solut. Not.

Alia eſt quantitas intenſiua, virtutis, & perfectionis, & hæc eſt tranſcendens, quia non ſolùm reperitur in creaturis, ſecundum gradum finitum, ſed etiam in Deo, vtſubi conuenit in gradu infinito. Et de hac lo- Not.

loquitur Sanctus Athanaſius in præſenti verſiculo dicens æqualis Patri ſecundum diuinitatem, de qua intelligenda ſunt Verba Regij Prophetæ, Magnus Dominus, & laudabilis nimis, & iterum, Magnitudinis eius non eſt finis.

**Not.** Ex quibus compendioſè concludo omnes auctoritates ponentes in Deo quantitatem, & ipſum quantum dicentes, exponendas eſſe de quantitate intenſiua, perfectionis, & virtutis. Negantes autem, & remouentes; quantitatem ab eo exponendas eſſe, de quantitate molis, materiali extenſiua, & prædicamentali. Nulla enim perfectio eſt in Patre, quæ non ſit in filio, & quod poteſt Pater, poteſt Filius; Ideo Sanctus Athanaſius, qualis Pater, talis Filius &c.

**5. Dub.** Sed poſitis, videtur contradicere Idiomatum communicatio facta inter Deum, & hominem in perſona Chriſti, nam ſicuti dicimus Deum creaſſe ſtellas, & illum hominem creaſſe, hominem paſſibilem, illum ſcilicet & Deum paſſibilem, illum hominem mortalem, & Deum mortalem, & ſic de aliis, ergo etiam ſicut dicimus hominem compoſitum, & quantum, ita & etiam poſſumus dicere Deum quantum, ſi benè

**Solut.** vnuſquiſq; ſuperius poſita diligenter aduertat, iam conceſſimus filium Dei quantum ad naturam diuinam, quantum eſſe, ſed quantitate virtutis, non molis, & extenſiua, & ad formam, dicimus per communicationē Idiomatum exiſtentia in vna natura dici de altera, quan-

**Not.** do non ſunt implicantia, deinde talia non conueniunt

for-

Digitized by Google

formaliter illi naturæ in ſe, vt dubitatio prætendit; quia Deus non dicitur mortalis, quia formaliter talis ſit, ſed quia habet naturam mortalem, ſibi vnitam, & iſta videtur Sententia Magiſtri dicentis; Quod natura diuina non eſt mortalis, non eſt paſſibilis, non eſt temporalis &c. quia in ſe ſit talis, ſed propter naturam, cui vnita eſt, tales in ſe realiter, & formaliter habentem paſſiones, & eſt humana.

Inſuper quis obiicere poſſet, quomodo filius ſit æqualis Patri in perfectione, aliqua exiſtente perfectione in Patre, filium generante, quæ non in filio, qui non generat. 6. Dub.

Iam ſi rectè memores eſtis aliàs dictum eſt, talia prædicata non dicere, neq; perfectionem, neque imperfectionem, & ideo dicit rectè Sanctus Athanaſius Æqualis Patri ſecundum diuinitatem. Solut.

Nec vos conturbet, quod poſſet ex Philoſophorũ doctrina adduci, Omne ens dicere aliquam perfectionem ſaltem entitatiuam, huiuſmodi autem relationes entia ſunt, igitur. 7. Dub.

Nam ſi de perfectione loquamur entitatiua tantũ, ſecundũ aliquos Scotiſtas de iſta loquẽdo, poteſt concedi aliquam perfectionem eſſe in vna perſona, quæ non in alia, ſecus dicendum eſt de perfectione formali, Vel aliter poteſt reſponderi, Philoſophos, & naturales naturaliter loquentes nõ cognouiſſe illã diſtinctionẽ entis, & non entis, vel vt clarius loquamur, in ens quantum, & non quantum, quod idem eſt, perfectum, vel non Solut. Not.

perfectum, quæ ſecundum Scotiſtas eſt prima diuiſio ipſius entis, & omnes aliæ entis diuiſiones cadunt ſub ente quanto; Et ideo Philoſophi entis non quanti mentionem non fecerunt, ſub quo continentur relationes originis, quoniam non cognouerunt diuinas perſonas, & ideo trinitatem negarunt, & per conſequens nec conſtitutiua diuinarum perſonarum, quę ſunt relationes originis; quapropter adducere ad hoc Philoſophorum dicta nihil eſt facere.

**8.Dub.** **Solutio.** Et quod filius alium filium non generet, non reddit filium impotentiorem, cum aliàs dictum ſit, obiectum omnipotentiæ eſſe ens cauſabile, quale nulli diuinarum perſonarum conuenit.

**9.Dub.** Et curioſè quærenti occurrens; ſi vna perſona creata poſſit aliam ſibi ita coæqualem generare, ſicut Pater diuinus, filium.

**Solut.** Reſpondetur à Theologis Negatiuè, quia inter nulla duo creata ſuppoſita eſt tanta identitas, quanta eſt inter diuinas perſonas; rationem ego adduco; quoniam inter diuinas perſonas, & natura, & eſſentia, eſt vna vnitate numerali, quod eſſe non poteſt in natura creata, ſed tantum vnitas ſpecifica; rationem aſſigno, nam creata eſt finita, multiplicabilis, & partibilis; Increata impartibilis, & immultiplicabilis; qua de re, natura creata multiplicatur, & cum ſui diuiſione communicatur, quod nequaquam de diuina dici poteſt, quia infinita eſt, & infinito non poteſt fieri additio, quia non eſſet infinitum, ſed finitum,

Digitized by Google

tum, nec valet dicere, Tres ſunt perſonæ diuinæ, & quælibet earum infinita, ergo infinitum multiplicari poteſt, quæ ratio nihil valet, & non cogit cum illæ perſonæ ex ea parte non multiplicentur, ex qua ſunt infinitæ radicaliter, & formaliter, quæ eſt eſſentia diuina. Verè enim poteſt ſubſtineri, plura infinita formalia eſſe in diuinis, vt Sapientia, Bonitas, Clementia, &c. Vnum tantum radicale, & fundamentale, à quo pullulant, & emanant omnia alia. Minor autem Patre ſecundum humanitatem. Quæ humanitas an dicat tertiam entitatem realiter diſtinctam &c. vel non, dimitto: quia ſecundum humanitatem eſt temporalis, corporeus, dependens, cauſatus, creatus, factus, paſſibilis, mortalis, pauper &c. 10. *Dub.* *Not.*

Quæ omnia pro nobis voluntariè aſſumpſit ſicut pro nobis voluntariè paſſus, & mortuus eſt, vt nos à peccato redimeret, & Patri reconciliaret; Illi ergo gratias agamus, qui viuit, & regnat in ſæcula ſæculorum. Amen. *Docum.*

## LECTIO VIGESIMASEPTIMA.

### *Qui licet Deus ſit, & homo, non duo tamen, ſed vnus eſt Christus.*

TRes fuerunt opiniones de Incarnatione Filij Dei, ſecundum, quod recitant Periti. Vna dixit, quod Filius Dei aſſumpſit hominem, vt veſtem: quæ opinio tanquam Hæretica eſt à Sancta Eccleſia re-

pro-

probata, quia ponit non eſſe in vna perſona Chriſti duas naturas, verè, & realiter, quòd fides noſtra firmiter credit, & confitetur, & Chriſtum non conſtitui per duas naturas, humanam ſcilicet, & diuinam. Chriſtus enim ſecundum Theologos eſt nomen duarum naturarum in vnitate perſonæ diuinæ, & quod tantũ extrinſecus ſe haberet, vt veſtis extra corpus, & ſic non eſſet verus homo; quia ad verum eſſe hominis requiritur verum corpus, vera anima, rationali informatum, & viuificatum; quæ opinio ab omnibus fidelibus eſt relinquenda.

Secunda opinio dicit, Filium Dei aſſumpſiſſe hominem, ideſt perſonam hominis, & hæc non tenetur, quia ponit in Chriſto eſſe duas perſonas, ſcilicet diuinam, & humanam, quod eſt falſum; teſtatore Sancto Athanaſio, Non duo, ſed vnus eſt Chriſtus. Quod neceſſarium eſſet affirmare, ſi in Chriſto duæ ponerentur perſonæ, & quod peius eſt, ex fundamentis Theologorum hoc maximum inconueniens ſequeretur, tantum illam perſonam aſſumptam redeptam eſſe. Et ſic falſa eſſent dicta Sacræ Scripturæ ſparſim, & pluribus in locis poſita; quòd ſanguine Domini noſtri Ieſu Chriſti omnes redempti ſumus.

Tertia opinio dicit Filium Dei aſſumpſiſſe humanam naturam, & hæc eſt vera, communis, & celebris, ideſt totam naturam humanam in athomo, vt ſicut tota ſpecies corruerat per peccatum primorum parentũ, tota Deo inimica facta, & tota damnata, de illa loquen-



Digitized by Google

tes, quæ per communem generationem ea à Patribus naturaliter deſcenſura, quod dico propter Chriſtum de Spiritu Sancto conceptum, ita tota eſſet reſtaurata, & redempta, dicente Sancto Paulo, pro confirmanda veritate primæ partis dictæ propoſitionis. Chriſtus ſemetipſum obtulit Hoſtiam, & oblationem Deo in odorem ſuauitatis.

Nec contra communem peccati contractionem ab omnibus ex Adam naturaliter deſcendentibus repugnat, quod deuoti Glorioſæ Virginis tenent, & credunt ipſam ab omni peccato fuiſſe immunem. Hoc enim ſibi de lege municipali conceſſum fuit; quod autem ſuperius dixi de lege communi venit intelligendũ; idq; rationabiliter à Deo factum fuiſſe, vt ſicut ipſa ſola inter alias mulieres pro matre Dei fuerat electa, ita aliqua ſpeciali gratia fuiſſet decorata. Not.

Cui veritati, & priuilegio ſpeciali minimè repugnat, quod de aliquibus in Sacris litteris legitur, quod fuerint in vtero à Deo ſanctificati. Hoc enim non præiudicat priuilegio veræ Matris Dei. Nam ſimul ſtat illos in vtero ſanctificatos fuiſſe, nec Virgini æquari poſſe. Cum alij poſt peccati contractionem ante Natiuitatem ex vtero fuerint Sanctificati, vt patet de Hieremia, Ioanne Baptiſta &c. Not.

Iſta autem Virgo Glorioſa nunquam obnoxia, & ſemper immunis fuit à peccato. Et ideo priuilegio, & gratia particulari ſuper alios filios Adæ decorata. Et reuertentes ad principalem intentionem; ideſt nõ duo

tamen, ſed vnus eſt Chriſtus, ab omnibus eſt aduertendum ſecundum peritos in hac materia fieri poſſe plura propoſitionum genera. Quarum quædam ſunt Catholicæ, & affirmandæ, quædam verò abijciendæ, & deſerendæ; quarum vt diſtinctam cognitionem habeatis, & falſas reiicere, & veras recipere ſciatis. Ante conſpectum veſtrum, & coram vobis adduco. Attendite quæſo, & eas rectè intelligite; ſunt enim verè ſcitu dignæ.

Not. Prima. Perſona aſſumpſit perſonam, cuius ſenſus talis eſt, perſona filij Dei aſſumpſit perſonam hominis, ideſt filius Dei aſſumpſit perſonam Ioannis, vel Petri, &c.

Secunda. Natura aſſumpſit perſonam, ideſt natura diuina aſſumpſit perſonam hominis, ideſt Ioannem, vel Franciſcum. Ex quo dicto ſequeretur, tres perſonas incarnatas fuiſſe. In ipſis enim vna eſt eſſentia, deinde quod non tota natura corrupta. Sed illius vnica tantum fuiſſet perſona redempta, & ambæ propoſitiones dictæ, ſunt falſæ, & erroneæ, & ab Eccleſia Sancta relictæ, & reiectæ.

Tertia. Natura aſſumpſit naturam, ideſt natura diuina aſſumpſit naturam humanam, quæ ſecundum Catholicos recte intellecta poteſt aliquo modo ſubſtineri, & eſt vera. Si enim intelligatur, prout natura diuina eſt tribus perſonis communis, ſic eſt falſa, ex hoc enim ſequeretur tres fuiſſe incarnatas, & non vnam, quod affirmare, eſt contra principia fidei, & Theologorum

gorum ſcolam. Si autem intelligatur, vt natura diuina eſt in filio, qui ex ipſa, & proprietate perſonali conſtituitur in tali eſſe, ſic poteſt dici vera.

Quarta. Perſona naturam aſſumpſit, ideſt perſona verbi, & filij Dei aſſumpſit naturam, ſcilicet humanā in athomò, & totam, vt generalis ipſius fieret redēptio; quod idem eſt dictu, ac ſi dicatur omnes ex parte Chriſti per eius paſſionem fuerunt redempti. Et hęc propoſitio eſt ſimpliciter vera, & abſq; aliquo gloſemate ab omnibus concedenda. Et ideo rectè inquit Diuus Athanaſius; Non duo tamen, ſed vnus eſt Chriſtus, cum in ipſo ſit tantum vna perſona, ſcilicet filij Dei, & non hominis.

Si autem Chriſtus ſit duo, notanda ſunt, quæ in hac materia habent aliqui Theologi. Duo dupliciter accipi; Maſculine, & Neutraliter. Quando accipitur Maſculine, eſt Maſculini generis; & ſemper ponit diuerſitatem in perſonis, & ſic reperitur in diuinis: Quarum vtraq; eſt realiter, perſonaliter, ab alia diſtincta. Quādo verò neutraliter, ſemper ponit diſtinctionem, & diuerſitatem in natura, & ſic non reperitur in diuinis, Vbi eſt tantum vna natura. *Not.*

Qua diſtinctione poſita, ponuntur pro difficultatis reſolutione, & faciliori intellectu, non nullæ propoſitiones.

**Prima. Chriſtus nullo modo dicendus eſt duo, ideſt accipiendo Maſculine. quoniam in Chriſto non ſunt duæ perſonæ, ſed tantum vna, quæ eſt perſona**

 verbi.

verbi. Ideo Sanctus Athanaſius, Non duo tamen, ſed vnus eſt Chriſtus.

Secunda. Chriſtus nõ eſt dicendus duo neutraliter, quia duæ naturæ non prædicãtur in abſtracto de Chriſto, quia licet iſta ſit vera, Chriſtus eſt natura diuina, non tamen illa, Chriſtus, eſt natura humana. Ideo non duo, ſed vnus Chriſtus.

Cuius difficultatis reſolutionem deſiderantes diſtinctionem adducere, debemus & de illa non nullas enunciationes ſtatuere; ex quibus clarè vnicuiq; intuenti apparebit, quid in hoc dicendũ ſit, vt errores fugiamus, & veritatem credamus, & confiteamur, & ad diſtinctionem venientes dicimus; Chriſtum dici duo, tripliciter intelligi poſſe, primo, quod Chriſtus ſit duo, id eſt duæ naturæ; ſecundo, quod dicatur duo, ideſt duæ perſonæ; tertio, quod dicatur eſſe duo, ideſt duæ res naturæ, vel duo ſuppoſita, & ad maiorem rei intellectum, ab omnibus eſt aduertendum, quod res naturæ, hypoſteſis, & ſuppoſitum idem ſunt, ac pro eodem multoties accipiuntur, ſicut iſta differunt, perſona, ſuppoſitum, & indiuiduum, & non, è contra. Perſona enim eſt ſuppoſitum, & ſuppoſitum non eſt perſona; quia ſuppoſitum eſt magis commune, quàm perſona. In quolibet enim in quo eſt perſona, etiam eſt ſuppoſitum, & non, è conuerſo. Huius ratio eſt, quia perſona ſolum ponitur in natura intellectuali, ſcilicet in Deo, Angelis, & hominibus. at ſuppoſitum in his, & in alijs de prædicamento ſubſtantiæ tantum, ideſt in

ſpe-

Digitized by Google

ſpecie Equina, Bouina, Leonina, &c. haud perſona: quapropter loqui volenti, vt conuenit, & Doctores Catholici docent, non licet dicere Bos, eſt perſona, nec Equus, nec Leo, ne quidpiam irrationalium, ſed propria locutio, eſt Leo eſt ſuppoſitum, Bos, eſt ſuppoſitũ, & ſic de alijs, verè tamen dicere poſſumus, quod Pater diuinus eſt perſona, & ſuppoſitum. Filius ibidem eſt perſona, & ſuppoſitum &c. Michael eſt Perſona, & ſuppoſitum, ſic Raphael, Gabriel, Vriel, &c.

Franciſcus eſt perſona, ergo ſuppoſitum.

Fœlix Presbiter eſt perſona, & ſuppoſitum.

Ioannes Antonius eſt perſona, ergo ſuppoſitum. à minori enim ad maius, & ab inferiori enim ad ſuperius per locum Topicum, licèt conſtructiue arguere. ſic in propoſito, ſuppoſitum eſt quid communis perſona. Perſona verò quid minus commune. Ideo ſecundum in natura intellectuali tantum reponitur, primum verò in quacunq; natura rationali, vel irrationali, dummodo ſit de prædicamento ſubſtantiæ. Indiuiduum verò in quolibet prædicamento adinuenitur, ſiue illud ſit prædicamentum ſubſtantiæ, quod vnum eſt, vel accidentis, quæ nouem ſunt, vt ſciunt Peripatetici. Quibus conſiderandi, & diſcurrendi locum, & occaſionem relinquo. Eam ergo accipite iuuenes ſtudioſi, & eam, die noctuq; executioni demandate.

Quibus poſitis, quid tenendum ſit per propoſitiones, vt non erretis, accipite. Prima, Chriſtus non eſt duæ perſonæ, quia in Chriſto eſt tantum vna perſona, ſci- Nota.



Digitized by Google

ſcilicet Verbi. Secunda in Chriſto non duæ perſonæ. Tertia Chriſtus non eſt duo ſuppoſita. Quarta in Chriſto non ſunt duo ſuppoſita. Quinta Chriſtus non eſt duæ res naturæ, ſeu Hypoſteſes. Sexta in Chriſto non ſunt duæ res naturæ, ſeu Hypoſteſes. Septima in Chriſto non eſt duo indiuidua, Ideo S. Athanaſius, Non duo tamen, ſed vnus eſt Chriſtus.

1. *Dub.* Sed iſtis immediate adductis, dicentem audio, ò mi Proſper videntur eſſe contra Scotum.

Nam Scotus carpit ponentes, Deum per negationem cognoſci, quia negatio cognoſcitur per affirmationem. Ideo non ſufficit dicere, Deus non eſt lignũ, non eſt Lapis, non eſt Arbor &c.

Sed oportet dicere, quid ſit; ſic in propoſito non ſufficit dicere, Chriſtus non eſt duæ perſonæ, non eſt

*Solut.* duo ſuppoſita &c. quæ paulò ante fuerunt dicta; Sed oportet dicere quid ſit, & in eo ſint. Et ſic dicendum erit, quod eſt vnus Chriſtus, & non duo Chriſti. Et ideo in Symbolo, Non duo tamen, ſed vnus eſt Chriſtus.

Quod in ipſo eſt vna perſona, & non duæ perſonæ, Vna natura finita, & vna infinita; Vna creata, & alia increata; Vna, quæ habet principium temporis, alia verò æternitatis; Vna in genere, alia extra genus, & ſic tantum ſecundum litteram, Vnus Chriſtus, & in eo, vnum ſuppoſitum, & vna perſona, quorum vtrunque dicitur infinitum; & ſic remota eſt difficultas non ſolum per negationem, ſed per affirmationem.

Non

Non enim inconuenit aliquid per negationem cognoſci, & ab alio differre, quando id non ſolum fit per negationem, ſed etiam per affirmationem, & ſic ex D. Athanaſio concludimus, vnam perſonam in Chriſto eſſe in duabus naturis conſiſtentem.

Et ideo hanc veritatem Sanctus Athanaſius docens, alta voce decantat. Qui licèt Deus ſit, & homo, Non duo tamen, ſed vnus eſt Chriſtus.

Vnaquæq; natura inconfuſa remanſit ſalua vtriusq; proprietate, ſed ſuſcipitur à maieſtate humilitas, à virtute infirmitas, ab æternitate mortalitas in vnitate perſonæ. Deo ergo gratias agite, & perſeueranter bene viuite. Amen. Docum.

## LECTIO VIGESIMAOCTAVA.

*Vnus omnino non confuſione ſubſtantiæ, ſed vnitate perſonæ.*

VT dicta verba clarè, & catholicè intelligantur, ea ſunt notanda, quæ ab aliquibus expoſitoribus ſecundum doctrinam Sancti Thomæ dicuntur. Vnum poſſe fieri ex pluribus, per compoſitionem, quando ſcilicet remanentibus partibus principalibus, & etiam ſecundarijs in ſua integritate ex pluribus componitur vnum, vt in compoſitione domus, in qua manent integræ partes principales, ſcilicet parietes, & muri, & ſecundariæ, ac minus principales, vt lapides, ligna &c. in parietibus.

Per confuſionem, ideſt quando manent partes minus principales, & ſecundariæ, & mutantur principales. Confuſione facta, ſicut ſi ex Modio frumenti, & ex Modio hordei confundendo fiat vnum. Ibi manẽt partes minus principales. Grana frumenti, & grana hordei licet confuſiue, & mutantur partes principales, ſcilicet, menſura modi, & modij.

Per conuerſionem, & commixtionem ſcilicet, quando nec partes principales, nec ſecundariæ remanent, ſed commiſcentur, ſicut ſi ex aqua, & farina fiat panis, ibi nec aqua, nec farina in ſuo eſſe remanent, quia maſſa facta non poteſt amplius vocari nec aqua, nec farina, ſed paſta.

Per vnionem, ſcilicet quando plures res permanentes in ſua natura in vnum aliquid numero conueniunt. ita quod ſimul operantur, & vnum non agit ſine alio, ſed ſibi mutuo communicant ſuas operationes, ſicut fit vnum ex anima, & corpore, ideſt homo, & anima in ſuo eſſe remanentibus, & etiã corpore, quia ſi realiter non remanerent, vna deſineret eſſe, & ſic homo non eſſet compoſitus ex dictis duabus partibus, ſed ex vna tantum; ex quo ſequeretur, illam partem deſinentem eſſe, non eſſe partem eſſentialem. Quoniam ſecundum Naturales, eſſentiale non poteſt tolli ab eo, cuius eſt eſſentiale. Quia tunc idem eſſet, & non eſſet. Primum quantũ ad id quod habet. Secundum, quantum ad illud, quod non habet. Et hoc vltimo modo per vnionem Dei, & hominis in perſona verbi

*Not.*

con-

conſtituitus eſt Chriſtus, dicente Sancto Athanaſio; Vnus omnino non cõfuſione ſubſtantiæ, ideſt quod diuinitas conuerſa ſit in humanitatem, nec humanitas in diuinitatem, ſed vtraq; in ſuo vero, & reali eſſe remanente, ſed vnitate perſonæ. Ibi enim vna perſona non per compoſitionem, nec confuſionem, quia deitas non eſt compoſita, nec componibilis, nec poteſt confundi, quia tunc non eſſet neceſſe eſſe, nec permiſceri, quia non eſſet infinita; Immo data permixtione, finita. Sed eſt per vnionem, qua deitas, ſeu filius Dei aſſumpſit humanitatem, & ob id Sanctus Athanaſius immediate ſubdidit. Nam ſicut anima rationalis, & caro vnus eſt homo, quia tanquam per partes principales, & eſſentiales non cõſtituitur homo, niſi ex duabus, dicens ita Chriſtus in eſſe Chriſti conſtituitur per verbum, & naturam humanam, & ſtatim proſequente Sancto Athanaſio ſubdit, ita Deus, & homo, vnus eſt Chriſtus. Not.

Vbi ſecundum Sanctum Thomam aduertendum eſt, hic non eſſe omnimodam ſimilitudinem, quia non eſt ibi ſimilitudo, quod ex deitate, & humanitate fiat vnum, vt ex anima, & corpore, vt ex materia, & forma informante, & corpus perficiente, ſicut eſt de anima intellectiua, & proprio corpore, cui eſt vnita. quoniam diuinitas non eſt, nec poteſt eſſe forma informans, cum talis forma importet formam partis; Et ſic imperfectionem, quæ nulla ponenda eſt in Verbo. Sed eſt ibi ſimilitudo, quoniam ſicut ex anima, Not.

& corpore ſubſiſtit vnus, & perfectus homo, ita vnus Chriſtus ſubſiſtit, ex verbo & humana natura.

Item eſt ſimilitudo, quia ſicut anima nullam habet operationem ſibi propriam, quando eſt corpori vnita, quam ſibi non communicet; ſicuti liquidò apparet legenti libros de Anima, & intelligenti, ſic Deus, &
*Not.* homo per hanc vnionem in Verbi perſona communicant ſibi idiomata, & proprietates; Itaquod per hanc Idiomatum communicationem verè dici poteſt Deum mortuum eſſe, Paſſum, Crucifixum, & Reſuſcitatum; quamuis in ſe Deus ſit impaſſibilis, immortalis, & Creator, ita homo ille aſſumptus per talium communicationem poteſt dici ſemper fuiſſe, Stellas creaſſe, iuxta illud. Puer iſte Creauit Stellas, & Rex omnium eſt ſæculorum; Et ſic Deus homo, homo Deus, & ſic Deus eſt homo, & vnus eſt Chriſtus in vnitate perſonæ, in qua ſunt duæ naturæ vnitæ, Sancto Athanaſio dicente. Vnum omnino eſſe non confuſione ſubſtantiæ, ſed vnitate perſonæ.

*4. Dub.* Sed dicentem audio, ſi vniuerſum fuerit, & ſit Deo vnibile, ſicut natura humana fuit vnita.

*Solut.* Dicunt Periti quòd non; Cum multa mala tàm pœnæ, quàm culpæ in ipſo ſint vniuerſo, vt Cæcitas, Surditas, Lepra, Paralyſis, Superbia, Auaritia, Ignorantia, &c. quæ omnia, & ſimilia tantæ repugnant vnioni, & maximè mala culpæ cum ſint bonitati, & ſanctitati repugnantia, & Scripturæ dictis aduerſantia, atq; Doctoribus, ac etiam fidei Sanctæ Catholicæ,

quæ

Digitized by Google

quæ omnia Chriſtum prædicant innocentem, iuſtũ, & Sanctum, abſq; vlla peccati macula. Quid dicis ò Sancte Petre? Qui peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius. Itaquod totus bonus, totus iuſtus, & totus Sanctus, qui non ſolum non peccauit, ſed peccare nequaquam potuit, Nec valet, ſi dicatur hominem fuiſſe, & liberum arbitrium habuiſſe.

Igitur ad vtranq; partem vertibile, quæ illatio nulla eſt in Chriſto. *2. Dub.*

Qui liberum habuit arbitrium in bono confirmatum, & illud dicitur vertibile quod non eſt tale. In Chriſto enim fuit omnis plenitudo gratiæ, & omnia adeſſe hominis perfectum requiſita, omni penitus imperfectione remota. *Solut.*

Vnde notum eſt, non peccaſſe, nec potuiſſe peccare; cum natura humana fuerit Verbo vnita, ſed quid reſpondebimus Salamoni? in laudem iuſti loquentis, & dicentis, qui potuit tranſgredi, & non eſt tranſgreſſus, facere mala, & non fecit; quomodo ergo aſſeuerasti Chriſtum non potuiſſe peccare? ergo non fuit iuſtus; quod vnusquiſq; fidelis caueat dicere. *3. Dub.*

Verum mihi legenti duæ occurrunt expoſitiones, quarum prima eſt auctoritatem ſuperius allegatam nõ eſſe intelligendam de capite, ſed de membris, videlicet non de Chriſto, qui teſtimonio Diui Pauli datus eſt caput ſuper omnem Eccleſiam, ſed de iuſtis, qui ſunt membra eius. qua expoſitione conceſſa veluti fideliter, & tuta conſcientia concedi poteſt, auctoritas Sã- *Solut.*

ctitati Chriſti nihil præiudicat: nihilominus ad maiorem legentium conſolationem aliam adduco Satis Subtilem, ſed admodum delectabilem, quæ eſt iſta.

*Alia reſponſ.* Auctoritatem ſuperius allegatam more Methaphyſico poſſe bifariam interpretari, vno modo ſimpliciter, & vniuerſaliter de Chriſto, & tali modo non poteſt ſibi adaptari, quoniam vt iam ſuperius fuit affirmatum, talis, & tanta fuit ipſius innocentia, quod non peccauit, nec peccare potuit. Si autem intelligatur Methaphyſice, ſcilicet per viam remotionis, & eminentiæ; ideſt remouendo à Chriſto, quæ ſunt imperfectionis in præfata auctoritate, & ipſi attribuendo, quæ ſunt perfectionis, etiam de Chriſto poterit intelligi.

Sed tunc aduerſarius non conſequetur intentum, ſed potius oppoſitum eius, quod prætendit. Quia ſic erit illa auctoritas exponenda remouendo à Chriſto illam partem, quod potuerit tranſgredi, & mala facere, Et illi attribuendo, non eſt tranſgreſſus, & mala non fecit, quæ eius bonitati, & Sanctitati, ſummopere fauent; & ſic ſtat prima veritas, eius innocentiam defendens.

*4. Dub.* Et ad primam veritatem reuertentes, iurè quiſpiam poſſet quærere, ſi Pater, & Spiritus Sanctus incarnarentur, (vt abſolute poſſunt) eſſet maioris honoris, & dignitatis, Naturæ Humanæ, quam ſi ſolus Filius?

*Solutio.* Dicitur quod non, quia non poteſt eſſe maioris hono-

honoris humanæ naturæ, quam quod homo dicatur Deus. Non autem perfectius homo diceretur Deus, Si Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus incarnarentur, quam ſi ſolus filius, vt factum eſt.

Et occurrens illi difficultati, quæ curioſè, & à multis ſæpe quæri ſolet, quæ ſit maxima vnio poſt vnionem trium perſonarum in trinitate. 5. Dub.

Dicunt Theologi eſſe vnionem diuinæ, & humanæ naturæ, in perſona Verbi, & rationem aſſignant, quia in perſona infinita, & in vero Deo, qui eſt verbum, & filius æternus, Dicentibus Theologis, vt credo à me in hac expoſitione aliàs dictum eſſe ſecundum doctrinam Scoti. Quia ſi per impoſſibile, tantum eſſet vna ex diuinis perſonis, adhuc eſſet in ea omnis plenitudo ſapientiæ, & potentiæ, & omnis perfectio. Et dixi per impoſſibile, quia cum ſint tria neceſſe eſſe, non poſſunt non eſſe, nec potuerunt, nec poterunt. Solut. Not.

Omnipotenti ergo qui vnus eſt vnitate eſſentiæ, & non confuſione perſonæ, Nos, & noſtra nunc, & ſemper deuote commendemus. Amen. Docum.

## LECTIO VIGESIMANONA.

*Qui paſſus eſt pro ſalute noſtra.*

AEternaliter, & ante omnia ſæcula Deus præuidens hominis lapſum, atq; damnationem propter

pec-

peccatum primorum parentum ab ipſis committendum, veluti paulò poſt ipſorum creationem, & in terreſtri Paradiſo locationem, commiſſum fuit; & rei euentus clariſſimè monſtrauit, ſua bonitate, clementia, & pietate. De remedio prouidit; quod quidem ſecundum omnium Patrum doctrinam, & Theologorum, fuerunt Incarnatio filij Dei, Chriſti Paſſio, Crux, & Mors, veluti pluribus in locis Sacræ Scripturæ, & diuerſis temporibus veteris legis Patribus diuerſimode, vt diſcurrenti clarè apparebit, reuelatum fuit; quantus ſub vmbra, & Ænigmate, ſicuti in illa lege fieri ſolebat, teſtatore Diuo Paulo. Omnia in figura contingebant illis.

Not.

Quæ quidem multiplex reuelatio diuerſimode, ac varijs modis illis temporibus Sanctis Patribus facta, Adamo, Abrahæ, Dauid, Iſaiæ, Ieremiæ, &c. fuit propter ipſorum conſolationem à Deo facta. Ne eius tanta prorogatio, & prolungatio illos nimium offenderet, ac de diuina mũericordia diffidentes deſperarent; nec vni tantùm, nec in vno loco, nec eodem modo reuelatio iſta fuit executioni demandata. Sed pluries pluribus, & in diuerſis locis facta. Vt confortati conſtantes in tribulationibus eſſent, & Deo de tanto beneficio inceſſanter gratias agerent diebus, noctibusq; clamitantes, Mitte Domine, quem miſſurus es. Veni, veni Domine, & noli tardare, relaxa facinora plebi tuæ. Vtinam dirumperes Cœlos, & deſcenderes. Et vno ore Deum Honorificantes, &

pro-

Digitized by Google

promiſſorum ad impletionem exorantes aiebant. Aperiatur terra, & germinet Saluatorem.

Sic enim antiquis fidelibus promiſſum fuerat, & ab aliquibus ipſorum prænunciatum, & longè ante executione præmonſtratum. Terra noſtra dabit fructum ſuum. Quæ terra ſecundum expoſitores fuit ſemper Beata, & Immaculata Virgo, quæ dedit illum fructum ſibi prædictum. Benedictus fructus Ventris tui Omni ſuauitate repletum, gratia, & donis cęleſtibus ab inſtanti ſuæ conceptionis imbutum, & in tanta plenitudine, quod nulli alteri fuit conceſſum, nec per potentiam ordinatam concedetur. Et hic fructus propter hominum vtilitatem diu nobiſcum conuerſatus eſt; docendo, reprehendendo, conſolando, ſanando, illuminando, & multa alia miracula faciendo. Not. Not.

Quæ conteſtari, & probare irrefragabiliter poſſunt, niſi beneficiorum immemores effecti fuerint. quod de ipſis nequaquam credi poteſt; cum Chriſtus nullum corporaliter ſanauerit, quem non ſimul ſpiritualiter, cum perfectus Medicus ſemper extiterit, non ſolum corpora ſanans, ſed quod maius eſt, ſimul ſpiritus, & animas. Accedant ergo ad probandum ſuperius poſitum, Centurio, Cananea, Paralyticus, Seruus Simonis, & alij infirmi, Surdi, Cæci, Leproſi, Demoniaci, Mortui, &c. Not.

**Et ne ſuperius promiſſi penitus obliti videamur. Nonne Chriſti promiſſio facta fuit primo, Adamo. Dum cum Serpente fieret collocutio; Inimicitias po-**

nam

nam inter te, & mulierem, & ipſa conteret caput tuũ. Quod ſanguine, & morte Chriſti, tàm turpiſſima faciendum erat, iuxta illud. Morte turpiſſima condemnemus eum, & aliud non prætermitto. Maledictus à Deo eſt, qui pendet in ligno, à Iudæis obſeruatum Chriſtum deridentibus, in tantis doloribus, & paſſionibus conſtitutum. Vah qui deſtruis Templum Dei, & in triduo rehædificas illud. Si es Filius Dei, deſcende nunc de Cruce. Et hæc eſt concluſio, & propoſitio quam nunc nos docet Diuus Athanaſius. Qui Paſſus eſt pro ſalute noſtra.

Eadem reuelatio facta fuit Abrahæ, cum ſibi dicebatur Egredere de terra tua, & de cognatione tua, faciamq; te creſcere ingentem magnám, multiplicabo ſemen tuũ, ſicut Stellas Cęli, & ſicut arenã quę eſt in litore maris, & tandem; In ſemine tuô benedicentur omnes gentes. Quæ benedictio non erat hominibus per Iſaac danda, quia non erat tanti meriti. Sed per Chriſtum, vt ſaluaremur; rectè igitur Diuus Athanaſius dicit, Qui paſſus eſt pro ſalute noſtra.

Idem fuit à Regio Propheta reuelatum, qui ſecundum Cor Dei, homo dictus eſt. ſi recta fiat conſideratio in illis verbis, De fructu Ventris tui ponam ſuper ſedem tuam.

Sed quid longiorem protraho ſermonem? hoc idẽ præuiderunt, & prænunciarunt de aduentu Chriſti, & ex conſequenti de Cruce, Paſſione, & Morte, Iſaias. Ecce Virgo concipiet, & pariet filium, & vocabi-

cabitur nomen eius Emanuel, &c. Balaam, Orietur Stella ex Iacob, & exurget Rex Iſrael, & alius Propheta, Cognouit Bos poſſeſſorem ſuum, & Aſinus præſepe Domini ſui, &c. & alibi Vulneratus eſt propter iniquitates noſtras. Iterum Corpus meum dedi percutientibus illud, & genas meas non auerti ab increpantibus, & conſpuentibus, &c. Dederunt in eſcam meam fel, & in ſiti mea potauerunt me aceto, ſed alijs derelictis cauſa breuitatis. quid mirabilius? quid dulcius? Quid ſuauius? auribus noſtris audiri poteſt, quam Chriſtum, expoliatum, flagellatum, condemnatum, Spinis Coronatum, Crucifixum, morti propinquum omnium dolorum, immemorem effectum, & iniuriarum, ad Patrem alta voce clamaſſe, Pater ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt. Ex quibus aperte omnibus innoteſcit vera eſſe verba Sancti Athanaſii in præſenti verſiculo poſita. Qui paſſus eſt pro ſalute noſtra; Et vt ſummatim omnia in vnum concludamus, pro nobis conceptus eſt, Natus, Crucifixus, Paſſus, Mortuus, Sepultus, Reſurrexit, in Cœlum aſcendit, ſedet ad dexteram Patris, & inde venturus eſt iudicare viuos, & mortuos, vt vnicuiq; ſecundum opera ſua reddat. Quæ omnia poſſem Sacræ Scripturæ auctoritatibus comprobare.

Quod ſi facerem, nimis prolixus eſſem, & vos legentes quid vultis agere? Id ergo vos complete. Ego autem ad aliqua ſcitu digna in hac materia accedo.

Non me a verbis Sancti Athanaſij elongans. Qui 1. Dub.

paſſus eſt pro ſalute noſtra. Et primũ erit videre, ſi neceſſarium fuit Chriſtum pro nobis pati, & mori.

*Solut.* Pro cuius reſolutione ſciendum eſt, neceſſitatem duplicem eſſe, & potentiam bipartitam.

Vna eſt neceſſitas abſoluta, qua non fuit neceſſarium Chriſtum pro noſtra redemptione, & liberatione pati, & mori. Cum de iſta neceſſitate, & potentia loquentes, multi alij fuerint modi ex parte Dei hominem liberandi, iuxta illud. Ecce non eſt abbreuiata manus Domini, vt ſaluare nequeat.

Alia eſt potentia ordinata, ſeu neceſſitas finis, ſub quo ſenſu loquentes dicendum eſt, neceſſarium fuiſſe pro tali liberatione, & redemptione, Chriſtum pati, & mori. Quia his ſuppoſitis, non erat alius modus poſſibilis pro homine redimendo, teſtimonio Sacrarum literarum, Filius hominis ſecundum quod diffinitum eſt, vadit, ſcilicet ad paſſionem, & mortem, ſecundum factam ordinationem; & alibi in Euangeliis legitur, ſicut Moyſes exaltauit Serpentem in Heremo; ita exaltari oportet filium hominis. Confirmatum à Chriſto. Cum exaltaueritis filium hominis tunc cognoſcetis, &c.

Videntes tanta mirabilia in illo tempore fieri. Monumenta aperiri, mortuos reſurgere, terram tremere, Longinum illuminari, & alia multa, cauſa breuitatis dimiſſa.

2. *Dub.* Et illi difficultati obuiantes, cur potius homo, quã Angelus redemptus fuerit. Cum tàm ille, quàm iſte

iſte ceciderit, atque peccauerit.

De Angelis, quomodò cecidiſti Lucifer, qui manè oriebaris?

De Homine omnes peccauerunt, &c.

Dicitur à Theologis hoc multis de cauſis factum fuiſſe. *Solut.*

Quia Angelus Spiritus eſt, & ad quod ſemel ſe conuertit, totaliter ſe conuertit. Homo autem compoſitus extat ex anima, & corpore, vnde dicebat Chriſtus, Spiritus quidem promptus eſt, &c.

Quia Homo cecidit, Dæmone ſugerente; Non ſic Angelus, Et quamuis Lucifer alios ſuaſerit, tentaueritq; non ita efficaciter, ſicut hominem, ſed illis ſuam voluntatem tantum adaperuit. cum Homine verò multum peius ſe geſſit, illudendo, tentando, decipiendo, &c. *Not.*

Quia natura humana tota ceciderat, non ſic Angelica, cum multi Angeli cadente Lucifero, ipſi nequaquam conſenſerint, ſed ad Deum ſe conuerterint. *Not.*

Iterum dicentem Audio. Cum vna gutta ſanguinis Chriſti, & minimus dolor eius, pro noſtra redemptione ſuffeciſſet: Cur tot opprobria, & talem mortem pati voluit? 3. *Dub.*

Dicunt Subtiles, hoc ſimpliciter, & abſolutè verum eſſe, ſed propter diuinam ordinationem debuit morte ſatisfacere. *Solut.*

Æqualiter ne pro omnibus meruit? 4. *Dub.*

*Solut.* Dicitur quod non; quia præuidit paſſionem ſuam plus valituram vni, quam alteri. Veruntamen quantum ex ſe fuit, ſufficienter omnibus meruit, ſed efficaciter tantum pro electis, & bonis.

*3.Dub.* Fuerunt ne omnes actus ipſius meritorij?

*Solut.* Dicitur affirmatiue; cum omnes eius actus fuerint à Charitate imperati, vel eliciti, cum nunquam ſine Charitate fuerit, quia vel fuiſſet peccator, vel in puris naturalibus. quorum neutrum eſt de Chriſto dicendum, qui Sanctiſſimus, & plenus gratia ſemper fuit.

*Docum.* Memores ergo eſtote quomodo à quo, & quo pretio redempti eſtis, quia à Chriſto, Paſſione, Sanguine, & Morte. Ipſum igitur toto corde laudate, & benedicite. Amen.

## LECTIO TRIGESIMA.

### *Pro ſalute noſtra.*

INter nullos Scriptores tanta reperitur concordia, quanta inter illos, qui à Spiritu Sancto inſpirati, locuti ſunt, de quibus dicebat Chriſtus: Cum eritis ante Reges, & Præſides, nolite cogitare, quomodo, aut quid loquamini; non enim eſtis vos, qui loquimini, ſed Spiritus Patris veſtri, qui loquitur in vobis. Cuius propoſitionis veritas, legenti, & bene conſideranti, quæ legit in Sacris litteris, & Sanctorum Hiſtorijs apertè detegitur; nam homines, qui nunquam lit-



Digitized by Google

teris operam nauarunt, ſapientes huius ſæculi confuderunt; Et quid de Sacris Virginibus dici poſſet? Veritas autem principalis propoſitionis omnibus innoteſcet, benè perſpicientibus, quæ in Sacris, & prophanis Hiſtorijs legitur; Nam in ſecundis, quæ non reperitur diſcordia? quæ non altercatio? quam modica conuenientia? Quandoquidem ſi de principijs fiat ſermo, aliqui dixerunt eſſe vnum, aliqui plura, qui vnum diuerſificati ſunt; nam nonnulli mobile, alij immobile vocarunt; qui plura, finita, aut infinita, qui vnum, & finitum, alij ignem, alij aerem, alij aquam, &c. Nullus autem terram propter eius groſſitiem; qui plura finita, aliqui aerem, & ignem, ignem, & aquam, aquam, ignem, & aerem, alij quatuor elementa, addentes litem, & amicitiam, qui verò infinita, hi etiam tantum diuerſificati ſunt, quod nimis prolixum eſſet illorum opiniones in præſenti recitare; Quid ſi de anima ſermo fiat? Quot fuerunt ſectæ? Quot opiniones? Quot ſententiæ? Quot contrarietates? Legentibus libros de Anima apertè conſtabit; Quid de orbibus? Quid de intelligentijs? Quid de ipſarũ multitudine, & quantitate? Omnia iſta à vobis dinumeranda, reſoluenda, & diſtinctè determinanda, iudicandaque relinquo. Et alijs omiſſis ad Sacras litteras deueniens, pacem, vnionem, & concordiam inter ſuos ſcriptores reperio. Sed ne nimis in longum ſermonem protraham, omnes concedunt, vt præſenti noſtro deſeruit negotio, nullam diſcordiã,

ſed

ſed maximam vnionem, conuenientiam, & pacem, eſſe in Sacris litteris, inter Patriarchas, Prophetas, Reges, Apoſtolos, Euangeliſtas, Doctores, &c. De quo nullus admirari debet, quia primi naturaliter, viribus naturalibus, & alijs ad cognitionem ipſorum naturaliter concurrentibus ſermonem fecerunt; Scriptores autem Sacri ſupernaturali lumine inſpirati, vt ſuperius tetigimus, ſunt collocuti; quamobrem ſi hoc verificare velimus in re nobis ſeruienti, paſſus eſt pro ſalute noſtra; Omnes vnanimiter, & concorditer ſermonem fecerunt; nec vos pigeat audire, nam de paſſione Chriſti verba facientes, Audite Iſaiam; Verè languores noſtros ipſe tulit. D. Petrum; Peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo &c. Diuū Paulum Gratia vobis, & Pax à Deo meo, qui dedit ſemetipſum pro peccatis noſtris. Et alibi; Quod autem nunc viuo in carne, viuo in fide filij Dei, qui ſemetipſum tradidit pro me; Ab Iſaia prædictum, Ecce ipſe veniet, & ſaluabit nos; Et in Concilio Niceno, Crucifixus eſt pro nobis; Et in Symbolo Apoſtolorum, Paſſus ſub Pontio Pilato, Crucifixus, mortuus, & ſepultus; Et Sanctus Athanaſius, Qui paſſus eſt, & ad propoſitum noſtrum, pro ſalute noſtra; cuius paſſione redempti ſumus, & Patri, ſeu Sanctiſſimæ Trinitati reconciliati; dicente Diuo Paulo; Reconciliati ſumus Deo per mortem filij eius, & alibi, Non amplius ſumus ancillæ filij, ſed liberæ, qua libertate Chriſtus nos liberauit, & ideo verè liberi facti

Digitized by Google

cti ſumus; dicente Apoſtolo, Verè liberi eritis, ſi filius vos liberauerit; & hoc fuit in cauſa, vt tot, tantosque dolores paſſus fuerit, & ideo Sanctus Athanaſius, qui paſſus eſt pro ſalute noſtra.

Et Chriſtus ex ore proprio hanc veritatem, & multas alias confirmans dicebat, quia & alijs Ciuitatibus oportet me Euangelizare, ad hoc enim miſſus ſum, & erat prædicans in Synagogis.

At difficultati, quæ à multis inſipientibus adduci ſolet, ſatisfaciens, dicentibus; ſi Chriſtus venit ad hoc, vt pateretur, crucifigeretur, & moreretur, & voluit pati, crucifigi, & mori, ipſo dicente ſuis Diſcipulis, Ecce Aſcendimus Hieroſolymam, & filius hominis tradetur Principibus Sacerdotum ad illudendum, flagellandum, & crucifigendum, & tertia die reſurget; Igitur Iudæi hanc voluntatem adimplentes, non peccarunt, ſed potius benefecerunt; dicente Christo Quicunque fecerit voluntatem Patris mei, qui in Cęlis eſt, hic meus Frater, Mater, & Soror eſt; quare Iudæi hoc velle, facientes, & ſeruantes, meruerunt. 1. Dub.

Reſpondetur. Opus dici bonum ex integritate cauſarum; ideo ad bonitatem actus integram, oportet omnes cauſas concurrere, defectu vnius, deficit & bonitas actus, ideo non ſolum oportet voluntatem hominis cum voluntate diuina in volito concordare, ſed etiam in modo volendi. Exemplum ſit; Vna domus perfectè, & ordinatè bene ædificata deficiat in Solut.

vno,

vno, imperfecta dicitur; Idem de figura, de ſcriptura, & alijs; Et ideo vt actus ſit bonus, voluntatem creatam, oportet cum increata conformari; & voluntatem humanam cum diuina. Et ideo quamuis æternus Pater voluerit Christũ mori, idq; ex maxima ipſius charitate, iuxta illud, Propter nimiam charitatem ſuam qua dilexit nos, cũ mortui eſſemus peccatis, cum viuificauit nos Christo; Et Sanctus Paulus, Miſit Deus filium ſuum, vt eos, qui ſub lege erant, redimeret; quo completo dixit Christus; Quid vltra debui facere, & non feci? Iudæi verò Christi paſſionem, & mortem, non ob hanc cauſam, ſed ob inuidiam, & malignitatem voluerunt, quod ore proprio confeſſi ſunt. Quid facimus, quia hic homo multa ſigna facit? Si dimittimus eum ſic, id eſt docentem, prædicantem, tot opera facientem, infirmos ſanantem, & omnibus auxiliantem, atque benefacientem, male de nobis ſentientibus dominis; Venient Romani, & tollent locum noſtrum, & gentem; Quorum malam intentionem expreſſit Pilatus eis dicens. Scio quod propter inuidiam tradidiſtis eum, & ego nullam cauſam mortis in ipſo inuenio; in mala autem intentione perſeuerantes alta voce clamabant dicentes; tolle, tolle, crucifige eum; ſi dimittis hunc, non es amicus Cæſaris, cui quilibet contradicit, qui ſe Regem facit; breuiter igitur dicta colligentes; Quod Dominus Deus operatus eſt charitate, Iudæi inuidia, & malignitate; Et ideo grauiter peccarũt, non enim ſufficit conformari

*Not.* *Not.* *Not.*



Digitized by Google

humanã voluntatem cũ diuina in volito, vt quis bene operetur; ſed etiam in modo volendi, vt patet de Filio male cogitante, loquente, & operante, mortem parentum exoptante, vt liberè, & inhoneſtè viuat, quos vult etiam Deus tunc mori, quoniam alio fine Deus, & alio fine, filii inobedientes. Ieiunant insuper Hypocritæ, & boni, at de primis dicitur, Cum ieiunatis, nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes; dant eleemoſynam humiles, dant, & ſuperbi, orant manſueti, & ſuperbi, publicè operantur, iuſti, publice, & iniuſti, ieiunat, orant, eleemoſynas faciunt, palàm operantur, boni, & hypocritæ, at primorum opera Deo ſunt grata, & accepta; aliorum verò nequaquam, & quoniam mala intentione, Iudæi ſunt Chriſtum perſecuti, & crucifixerunt. ideo valde peccarunt, & maximas pœnas ſunt paſſi, & flagella. ***Not.***

Quid autem reſpondebimus multorum difficultati, quia cum Chriſtus ab inſtanti conceptionis habuerit animam glorioſam, quæ defendit corpus ab omni exteriori læſione, mori potuerit, pati, & crucifigi? ***1. Dub.***

Dicitur communiter à Theologis, quod ſicuti aliàs, & multoties Deus Benedictus diſpenſauit leges communes, & contra illas operatus eſt, vt creando Cœlum, & terram, dicentibus Philoſophis, ex nihilo, nihil fieri, Manna donando ſua virtute, & potentia agens, vt Aſina loqueretur. Maria exſiccarentur, Petra aquam præberet, Ignis non comburreret; finitum, & infinitum vnirentur, Virgo ***Solutio.***

pareret, Aſina loqueretur, &c.

*Not.* Ita nunc, & in hac materia diſpenſatiue factum eſt, vt ab inſtanti ſuæ conceptionis Animam haberet glorioſam, cuius gloria ex diuina voluntate, & omnipotentia, non redundauit in corpus, per quam redundantiam corpus defenditur, ne aliqua exteriori læſione lædatur, quod ſi factum fuiſſet, non potuiſſet pati, nec mori. & ſic hominis redemptionem non impleuiſſet, quæ ſecundum diuinam ordinationem, vt iam viſum eſt, erat facienda; qua facta, & impleta, dixit, Conſummatum eſt.

Non ergo iſta ſunt contradictoria, nec fieri impoſſibilia, Chriſtum habuiſſe ab inſtanti ſuæ conceptionis Animam Glorioſam, & corpus mortale, & paſſibile; *Not.* quia & ſi iſta communiter Deus non operetur, operatur autem aliquandò ſpecialiter, vt in præſenti factum eſt.

**2. *Dub.* Quibus ſtantibus, poſſet me quiſpiam interrogare, dicens, fuit ne in Chriſto Neceſſitas moriendi? & conceſſa parte affirmatiua. Fuit ne eadem neceſſitas & eodem modo in Chriſto, & in nobis?**

*Solut.* Quantum ad primum, iam dictum eſt, quod ſic. ſecundum omnes Theologos ſuppoſita diuina ordinatione, ſic deliberante. Quo ad ſecundam partem difficultatis; dicunt Theologi quod non. Cuius ratio eſt, quia à Chriſto, & in Chriſto eſt voluntariè aſſumpta; *Not.* dicente Iſaia. Oblatus eſt, quia ipſe voluit, & ex ore proprio poteſtatem habeo ponendi animam

Digitized by Google

mam meam, & iterum ſumendi eam: niſi enim voluiſſet, dicitur in Sacris litteris, impoſſibile erat detineri.

In nobis autem eſt contracta propter peccatum; in ipſo perſona poterat conſeruare naturam, quia erat infinita, & omnipotens. in nobis verò nequaquam. Quam paſſionem, dolores, flagella, clauos, Crucem, Lanceam, ſpongeam, & vulnera, non alia de cauſa paſſus eſt Dominus Ieſus Chriſtus, niſi propter homines, & ipſorum ſalutem, vt eos; ſicut videbimus latius, & clarius in ſequenti lectione Deo auxiliante, à quo bona cuncta nobis condonantur; Niſi vt nos à peccato, Dæmone, & inferno, liberaret; vt nobis remiſſionem peccatorum, gratiam, & gloriam, mereretur, atque Deo Patri reconciliaret, à quo propter peccatum longè eramus, & longè facti. Nec alius nos à tantis malis, & ærumnis liberare poterat, niſi verus Deus, ſumme Bonus, ſumme Sapiens, Miſericors, & Clemens; Cuius bonitate, clementia, miſericordia, & pietate viuimus, mouemur, & redempti ſumus. Id q; vt dicit Diuus Paulus, fecit, & operatus eſt, non ex operibus noſtris, qui tot modis, & tot locis, à nobis fuerat læſus, ſed ſecundum ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit. Not. Nota.

Scientes igitur Deum tantum nos ſua bonitate amaſſe, in nobis reuerſi: peccata noſtra cognoſcentes, ſuam miſericordiam confitentes, & peccatorum ſingulorum pœnitentiam agentes, glorioſè cantemus, Docum.

benedictus ſit Dominus Ieſus Chriſtus, qui nos ſua paſſione Patri reconciliauit. Amen.

## LECTIO TRIGESIMAPRIMA.

*Pro ſalute noſtra.*

VT medulitùs Dominus Noſter Ieſus Chriſtus in cordibus Diſcipulorum occaſionem contemplandi ſuam paſſionem imprimeret, ſæpè cum illis de ipſa loquebatur. Cuius aſſidua contemplatio quam plurimum homini prodeſt, quod confirmant verba illa. Memoria memor ero, & tabeſcet in me anima mea. Et Diuus Gregorius, Si paſſio Chriſti ad memoriam reducatur nihil eſt, quod non æquo animo tolleretur. Quibus verbis non immeritò addi poſſe credo, ita & mors, quæ omnia dum ſimul, & deuotè contemplamur omnes noſtras tribulationes, & perſecutiones patienter tolleramus. Quoniam ſi de pauperibus parentibus naſcimur, de pauperibus natus eſt Chriſtus; ſi in loco vili, & inter animalia, in talibus, & inter talia natus eſt Chriſtus, Reclinatus eſt in Præſepio, cum ei locus non eſſet in diuerſorio; cognouit Bos poſſeſſorem &c. Si vix quod in mundo apparuiſti, perſecutores te occidere volunt. Ita legitur de Chriſto quem ex impietate perſequebatur Herodes. Quãobrem ab Angelo admonitus fuit Ioſeph, Surge tolle puerum cum Maria Matre eius, & fuge in Ægyptum, &c. Verum Herode defuncto, iterum ei apparuit Angelus,

*Not.*

gelus, dicens, reuertere in Iudæam, Mortui ſunt enim qui quærebant animam Pueri. Et vt breuibus ab eo pro nobis paſſa adducam, vbi non ſunt Dominum Ieſum ad ipſos principaliter miſſum perſecuti? quæ iniuriarum genera eidem non intulerunt? Quid mali ei non fecerunt? ipſum ſunt perſecuti, vocantes eum Samaritanum, Blaſphemum, Dæmoniacum, ſuperbum, violatorem Sabbathi, mandatorum diuinorum tranſgreſſorem, & multa alia à me pro nunc relicta, ne vos tædio afficiam. Sed quid plura? ipſum tradiderunt, vendiderunt, cœperunt, ligarunt, deriſerunt, expoliarunt, flagellarunt, ſpinis coronarunt, condemnarunt, illuſerunt, crucifixerunt, & occiderunt. Ne miremini igitur ſi Sanctus Athanaſius, ne tantorum beneficiorum ab ipſo acceptorum immemores efficiamur, in præſenti verſiculo dicit. Qui paſſus eſt pro ſalute noſtra. Not.

Venit enim in hoc primo aduentu, teſte Diuó Ioanne, non, vt iudicet mundum, ſed vt ſaluetur mundus per ipſum. Quamobrem alta voce dicit Diuus Athanaſius. Qui paſſus eſt pro ſalute noſtra. Qua de re S. Athanaſius mortis ipſius tanto affectu mentionem facit.

Interroganti verò, quare Chriſtus paſſus fuit, & mortuus, nunc breuiter, & ſummariè. 1. Dub.

Reſpondebo ſecundum omnes Theologos, quod propter noſtram vtilitatem, vt nobis mereretur veniam, gratiam, & gloriam, quæ omnia pauló poſt clarius, & perfectius declarabimus. Solut.

Quæ

**2.Dub.** Quærenti verò quomodo Chriſtus mereri potuerit, cum id ſit proprium viatorum, Chriſtus autem ab inſtanti ſuæ conceptionis fuit beatus videndo Deum, & ipſum ſumme diligendo, ſicut enim maiorem gratiam omnibus alijs habuit, ita & maiorem gloriam, **Not.** quia teſte Sancto Bonauentura, Commenſuratio quædam reperitur inter gratiam, & gloriam. Itaquod in opere bono proficienti augetur gratia; Et gratia aucta, augetur, & gloria, Quo principio poſito, neceſſario ſequuntur omnia iſta, Chriſtus habuit maiorem gratiam omnibus alijs hominibus ſecundum naturam hu- **Not.** manam. Non enim datus eſt ei ſpiritus ad menſuram; ergo & maiorem gloriam, quia niſi ita eſſet, periret fundamentum Seraphici Doctoris paulò ante affirmatum, ſcilicet Inter gratiam, & gloriam, quandam eſſe commenſurationem. Et ideo gloria, quæ fuit data animæ Chriſti excedit gloriam aliorum Sanctorum.

Et aduertite, quoniam, & ſi quantum poſſumus glorioſam Virginem Dei Matrem exaltare, & extollere debeamus ſuper omnes Sanctos, & Sanctas, non **Not.** tamen ſuper redemptorem. Conceditur tamen, & Catholicè, Virginem fuiſſe gratiæ plenam, maiorem tamen prædicat fides Catholica in Chriſto, iſta enim eſt gratia capitis, minimè autem illa Glorioſæ Virginis.

**Solut.** Reſpondetur non eſſe ſimile de Chriſto, & alijs beatis, quia Chriſtus fuit ſimul viator, & comprehenſor. Ideo potuit mereri, & de facto meruit. Alij autem

ſunt

Digitized by Google

ſunt beati, & non viatores, quia ſunt in termino, id eſt in gloria, & in beatitudine, quo ad affectionem iuſtitiæ videndo Deum, & ipſum diligendo; Chriſtus autem ſolũ quantũ ad affectionẽ iuſtitiæ, quia erat imperfecta gloria, & charitate, ſed non quantum ad affectionem commodi; cum multa mala, & tribulationes, immo & mortem turpiſſimam paſſus ſit; dicente S. Athanaſio, Qui paſſus eſt pro ſalute noſtra.

Et omnes ſanæ mentis affirmare debent, quod & Sancta Mater Eccleſia, & eius Sancti docent, Chriſtum non ſolùm vno modo meruiſſe, ſed pluribus, ſcilicet ſecundum efficaciam & ſecundum ſufficientiã, vt Doctoris Angelici verbis vtamur. *3. Dub.*

*Solut.* Primo modo non omnibus meruit, ſed tantum electis, in quibus paſſio Chriſti habuit ſuam virtutem, quomodo intelliguntur verba Saluatoris. Filius hominis non venit miniſtrari, ſed miniſtrare, & animã ſuam ponere in redemptionem pro multis, quia non omnes ſe diſponunt ad recipiendum tantum beneficium, & actus actiuorum ſunt in patiente prædiſpoſito, quæ diſpoſitio de neceſſitate requiritur in ſubiecto, vt agens agat. Exemplum de Igne, qui, & ſi inter omnia elementa, ſit maxime actiuus, in ligno humido, & indiſpoſito, ſuam formam introducere non poteſt.

*Not.* Quantum verò ad ſufficientiam, Chriſtus generaliter omnibus meruit. quoniam eius paſſio non ſolum ſufficiens fuit pro redemptione mũdi, ſed multorum,



Digitized by Google

& infinitorum mundorum ſi tot eſſent. Ita tamen neceſſarium fuit Chriſtum pati, quia ita erat ordinatũ, vel breuioribus verbis vtens, quantum de ſe fuit, pro omnibus meruit, ſed ad hoc conſequendum, neceſſaria eſt noſtra cooperatio.

4. *Dub.* Si autem tale meritum fuerit finitum, vel infinitũ, formaliter eſſe infinitum.

*Solut.* Negat Scotus cum ſit à voluntate creata, & à gratia finita. quantum verò ad diuinam acceptationem poteſt dici infinitum, licet ſic etiam poſſit dici habere aliquam infinitatem extrinſecam reſpectu verbi, cui natura, per quam meruit, fuit perſonaliter vnita. *Not.*

5. *Dub.* Quæri etiam ab aliquibus ſolet, quid, & quibus Chriſtus meruit.

*Solut.* Reſpondet Scotus, quod meruit omnibus, qui primam gratiam accipiunt, collationem illius. quoniam eam ipſe nobis, vt totalis cauſa collationis illius de condigno, ad cuius collationem non cooperatur voluntas noſtra, niſi in adultis. Cum Pueri, & infantes non habeant vſum rationis, neceſſario ad huiuſmodi cooperationem requiſitum. In adultis verò requiritur aliqua bona diſpoſitio, & præparatio, cum gratia Spiritus Sancti ſpeciali præueniente, & ſubſequente, vt ad hoc ſufficienter diſponantur, & præparentur. Et hoc propriè intelligendum eſt de Adultis baptizatis. Primam enim gratiam non meremur, quia, vt infert Diuus Paulus. Si gratia ex operibus, iam gratia non eſſet gratia; aſſerere tamen firmiter debet quilibet Chri- *Not.*

ſtianus

ſtianus eam nobis meruiſſe Chriſtum de condigno: Et dato quod quis pertinaciter inſtaret dicens, ſat eſt, vt ex dictis apparet, gratiam primam habuiſſe cauſam meritoriam, quæ fuit Chriſtus non ſolum de congruo, ſed de condigno. Igitur gratia prima cadit ſub merito, & ea mereri poteſt, quod eſt contra veritatem, & omnes Doctores. *6. Dub.*

Nam dicit Scotus nullum eſſe inconueniens affirmare, gratiam primam habere cauſam meritoriam extrinſecam, veluti fuit, paſſio, ſanguis, & mors Chriſti. Quibus nobis meruit, quæ omnibus condonantur, ad bene operandum neceſſaria, ſcilicet gratiam operantem, & cooperantem, præuenientem, concomitantem, & ſubſequentem. Primam ex ſe de condigno; quia dum ſumus in peccato mortali, non ſumus digni pane quo veſcimur. *Solut.*

Ad augumentum verò ipſius gratiæ, & nos noſtra cooperatione concurrimus; Et ſic poteſt concedi gratiam primam ſub merito cadere, & habere cauſam meritoriam, vt ſupra dictum fuit.

Si autem loquamur de cauſa meritoria intrinſeca ipſius gratiæ primæ, ideſt quod eam recipiens poſſit de condigno mereri, ſic inconueniens eſſet hoc affirmare; Sequeretur enim quod infert Diuus Paulus, gratiam non eſſe gratiam, ſub quo ſenſu poteſt quiſq; auctoritates conciliare, quę ſibi inuicem videntur contradicere. *Not.*

Idq; potiſſimum fuit ſecūdum Doctorem Subtilem

in merito dulciſſimi Domini Noſtri Ieſu Chriſti, vt mereretur non coniunctos, coniungi, quod niſi ſua clementia, & pietate feciſſet. Quid de nobis fuiſſet? Cum peccatis multis eſſemus ſubiecti, & iræ filij, & vhæ nobis miſeris, niſi Deus clemens, & pius, nobis per ſuum filium hominē factū, & incarnatum, ſubueniſſet, & de tantis ærumnis, & malis, vt videbimus in ſequenti lectione liberaſſet. Hoc enim pura Creatura ſuppoſita Dei voluntate facere, & operari, haud potuiſſet. Nec in terris aliquam poteſtatē inuenire potuiſſemus, niſi Deus bonus, & clemens, ad hoc neceſſaria non fuiſſet operatus.

*Not.*

*Docum.* Tu igitur Deus Omnipotens, Domine Sancte, & Deus æternæ, qui in neceſſarijs ad ſalutem nunquam deficis, Præſta nobis auxilium gratiæ tuæ, vt ſpiritualiter conſiderantes, quæ ſuperius tacta ſunt, & tuam diuinam voluntatem facientes, maieſtati tuæ puro corde ſeruiamus. Amen.

## LECTIO TRIGESIMASECVNDA.

*Super eiſdem verbis. Pro ſalute noſtra.*

DOminum Ieſum Chriſtum Saluatorem Noſtrum nobis meruiſſe primam gratiam affirmauimus in præterita lectione. Quæ propoſitio ſecundum factam declarationem nullo modo contrariatur Diuo Paulo, Nec Theologorum vniuerſitati, qui omnes prædicant, & docent, primam gratiam non habere cauſam me-

Digitized by Google

meritoriam. Quod, (vti ibi aſſeuerauimus) verum eſt ex parte recipientis, minimè verò ex parte Chriſti, veluti explicatum fuit, qui eam nobis meruit, quod nos ex nobis mereri nequaquam poteramus, & ſine qua gratia gratum faciente, & charitate opera noſtra vitæ æternæ haud ſunt digna, teſte Diuo Paulo, Gratia Dei ſum, id quod ſum; & iterum plus laboraui non ego ſolus, ſed gratia Dei mecum, & Chriſtus Redemptor noſter. Sine me, ideſt ſine gratia mea, nihil poteſtis facere; & alibi: Nemo poteſt venire ad me, niſi Pater meus traxerit eum. non quidem violenter, & coacte, ſed amore, & charitate; ſicuti mater pomo trahit filium, Paſtor ouem, &c. Not.

Qua de re cum in præterita lectione ſermo inchoatus ſit de his, quæ nobis ſua paſſione, & morte meruit Chriſtus, eandem materiam proſequentes; cum iam oſtenſus fuerit, primam gratiam meruiſſe, nunc videndum eſt, & oſtendendum quid aliud. Quoniam gratiam pœnitentialem, poſt lapſum in peccatum mortale, ſeu peccata mortalia, quia, etſi ibi requiratur aliquid ex parte recipientis gratiam, vt contritio, & compunctio de peccato, vel peccatis. tamen meritum Chriſti eſt principale in merendo, & cauſa de condigno. Etiam vt totalis cauſa meruit aperitionem Ianuæ Paradiſi, & amotionem obſtaculi. Nullus tamen actu ingreditur in Cœlum, niſi cooperetur ad meritũ Chriſti, ieiunando, obediendo, legem obſeruando, peccata confitendo, & breuiter in bonum perſeuerando, Not.

do, atque prima vtatur gratia, iuxta illud Diui Hieronymi, Æterna vita non niſi per mandatorum obſeruationem acquiri poteſt. Et Dominus Ieſus petenti reſpondens, Magiſter quid faciendo Vitam æternam poſſidebo? Cui reſpondit, In lege quid ſcriptum eſt? Quomodo legis? At ille verum reſpondens dixit. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, ex totis viribus, &c. Diliges proximum tuum ſicut te ipſum. Hoc fac, & viues.

1. *Dub.* Petenti inſuper, ſi eodem modo Patres Antiquæ legis, vt Adam, Abraham, Iſaac, Iacob, Dauid, Iob, Iſaias, Hieremias, &c. cooperati fuerint paſſioni Chriſti ad ingreſſum in Cœlum, & eodem modo Patres Nouæ legis, vt Diuus Petrus, Paulus, Ioannes, Andreas, Creſcentinus, Dominicus, Franciſcus, &c. Et Nos eodem modo.

*Solut.* Satisfacit Scotus, quod Patres Antiqui cooperabantur ad habitualem ingreſſum in Cœlum, vt à moto obſtaculo ingredi poſſent. Nos autem ad actualem.

2. *Dub.* Additur ab aliquibus, ſi ſolus Chriſtus potuerit nos redimere, vel liberare, & pro nobis ſatisfacere, vel alia aliqua pura creatura.

*Solut.* Satisfacit Sanctus, & Angelicus Doctor, dicens liberationem, & redemptionem differre. Nam redemptio fit iuſto pretio ſoluto, ſed liberatio quocunque modo. Non potuit igitur genus humanum redimi, niſi per incarnationem alicuius perſonæ diuinæ, vt factum

Digitized by Google

ctum eſt per incarnationem æterni filij. Liberari autem quantum eſt ex parte Dei ſic, quia potentia eius non eſt limitata, aliter potuit. à parte verò hominis, aliter fieri non potuit, quam eo modo quo ante ſæcula determinatum fuerat. Nam eo modo faciendum erat, ex parte autem Dei, & noſtra ſimul; quamuis fuerit alius modus poſſibilis, non tamen ita conueniēs, vel de potentia ordinata, ſuppoſita diuina ordinatione, non fuit alius modus noſtræ reparationis, ſed bene de potentia Dei abſoluta. Not.

Quæ omnia, vel pro maiori parte ſuperius dicta, fuerunt ſecundum Doctorem Subtilem affirmata. Et minimè mihi videtur rationabile in hac materia non adducere, quæ habet, & doctè, & faciliter Angelicus Doctor.

Et primò, ſi Chriſtus per ſuam paſſionem nos à Diabolo liberauerit. 3. Dub.

Reſpondet Sanctus Thomas, quòd poſt peccatum duplicem Diabolus in homines exercebat poteſtatem, ſcilicet impellentem ad peccatum, & trahentem ad Infernum. Vtranq; exercet contra homines, quia eos omnes trahit ad originale, & multos ad actuale. Et ſecundum iſtam, primos Parentes vicerat, quia peccatum, quod in nobis originale dicitur, in ipſis actuale fuit. Secundum verò aliam, omnes ad Infernum trahebat, & detinebat. primam Chriſtus debilitauit cum Hoſtem vicit, & hominibus multa auxilia præparauit, pro ſatisfaciendo peccato originali. Secundam Chri- Solut. Not. Not.

ſtus deſtruxit in omnibus quantum ad ſufficientiam, in membris verò ſuis, quantum ad efficaciam.

*4. Dub.* Per paſſionem ſuam liberauit ne nos à peccato, & illud dileuit?

*Solut.* Dicit Sanctus Thomas deleri peccatum bifariam intelligi, vel per modum cauſæ formalis, & ſic gratia peccatum delet, vel per modum cauſæ efficientis principalis, & ſic tantum Deo conuenit, vel inſtrumentalis, & ſic conuenit Sacramentis, vel per modum merentis in ſufficientis, & ſic conuenit puro homini, in quantum vnus poteſt alteri mereri, aut merentis ſufficienter, & ſic conuenit Chriſto, qui eſt Deus, & homo, vt agenti, Paſſioni autem eius, vt principio per quod agit.

*5. Dub.* An nos à morte liberauerit?

*Solut.* Dicitur quod nos liberauit à morte æterna, & à morte Gehenæ. Non autem à morte corporali, quam patimur propter peccatum primorum Parentum, iuxta illud Diui Pauli, Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes pertranſijt. Et alibi, omnes peccauerunt, & egent

*Not.* gratia Dei. Quæ verba intelligenda ſunt de illis, qui deſcendunt naturaliter à primo Adamo, & ſunt per concupiſcentiam geniti. Nec gratia particulari, & ſpeciali præuenti; quod poſitum eſt propter Chriſtum. Qui conceptus eſt de Spiritu Sancto, iuxta illud Spiritus Sanctus ſuperueniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi. Et ideo Quod naſcetur ex te Sanctum

ctum, vocabitur Filius Dei, & propter Virginem Glorioſam, veram filij Dei matrem. quæ ſicut fuit inter omnes alias mulieres pro tali electa, ita particulari priuilegio, & gratia ſpeciali fuit decorata. Ita vt nunquã fuerit originali peccato maculata; & ad principium difficultatis reuertentes dicimus. *Not.*

Per Chriſtum non fuiſſe liberatos à morte corporali, teſte enim Salamone, Statutum eſt hominibus ſemel mori; & alibi, Omnes morimur, & quaſi aquæ dilabimur ſuper terram. *Not.*

Dicenti autem, Quid de illis mortuis dicendum eſt, qui à Chriſto dum nobiſcum mortalis conuerſaretur reſuſcitati fuerunt? An iterum morti fuerint, vel ſic ad Cœlum aſcenderint? *6. Dub.*

Cum ſemel pœnam mortis paſſi fuerint, & Deus bis in idipſum non punit. Tunc enim non eſſet mitis, pius, & miſericors, veluti prædicatur, & creditur, ſed terribilis, & crudelis. contra illud, Miſericordia Domini ſuperexaltat iudicium.

Duas in hac materia diſcurrens adinuenio interpretationes; prima dicit, quod mortui ſunt, ſecunda vice ſine pœna, & dolore, & ſic nullum ſequitur inconueniens. Verum non tollitur difficultas. ſtat enim idem inconueniens. Ideo ab alijs dicitur, quod in ſecunda morte nullum paſſi ſunt dolorem, neq; luctum, ſed plurimum meruerunt. Dicente Diuo Paulo, Scimus, quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur, in bonum, &c. *Solut.* *Alia Solut.*

Nam

**7.Dub.** Num ab Inferno per Chriſtum liberati fuerimus?

**Solut.** Dicit Sanctus Thomas, quod ſic. Sed adnotandum eſt, quod non liberauit eos, qui in inferno erant damnatorum, & iam propter ipſorum peccata ibi erant cōdemnati. Quoniam canit Eccleſia Sancta, In Inferno nulla eſt redemptio. Sed remedia præparauit, ne ibi caderent homines, quod his temporibus fit in paruulis per Sacramentum fidei. In adultis verò per fidem formatam, in talibus neceſſariò ad ſalutem requiſitam. Secundum illud Diui Iacobi fides ſine operibus mortua eſt. Et Diuus Paulus, Fides eſt, quæ per dilectionem operatur. **Not.** Non autem liberantur homines, vt paulò ante dixi ab Inferno, poſtquam ibi prolapſi ſunt.

**8.Dub.** Sed quid de Traiano? Multæ adinueniuntur expoſitiones, ſicut non ignorant legentes doctrinam Sancti Thomæ; ſed clariorem, & magis reſolutam credo eſſe, id factum fuiſſe à Deo ex gratia particulari, & ad oſtendendum virtutem Miſſæ, & illius ſacrificij, atq; gratitudinem, quam apud Deum habebat Sanctus Gregorius. Quapropter homines animaduertere debent, quod communiter dicitur, priuilegia paucorum non eſſe trahenda in conſuetudinem.

**Nota.** Cuius meriti Chriſti magnitudo, atq; præſtantia, deuotè contemplāti ex pluribus apparet; Ex parte temporis. quoniam ab inſtanti ſuæ conceptionis, Ex parte habitus, quia plenitudine gratiarum, Ex parte illius, qui merebatur. non enim purus erat homo, ſed Deus, & homo. Non ſolum nobis, ſed ſibi etiam meruit.

Sed

Sed aliud nobis, & aliud ſibi ipſi. Meruit omnibus modis, ſcilicet de indebito, faciendo debitum; de debito, magis debitum, & de debito vno modo, faciendo debitum alio modo.

Primis duobus modis, ſibi ipſi nequaquam meruit, tunc enim ſequeretur, quod aliquandò fuiſſet ſine gratia, & in peccato.

Non ſecundo, quoniam non ſibi fuiſſet ab inſtanti ſuæ conceptionis collata ſumma gratia, quod dicere non eſt catholicum.

At tertio modo, poſſumus Catholicè tueri ſibi meruiſſe, vt quod ſibi debitum erat per gratiam vnionis; fieret etiam per exercitium bonæ operationis.

Quis enim tanta bona, operatus eſt? quãta Chriſtus? Cui tanta charitas, & gratia largita fuit? Quis tot mala paſſus? Quis tàm turpiſſimam mortem ſuſtinuit? Quis tàm pius? Quis tàm patiens? Quis tàm humilis? Quis tàm Deo gratus? Quis tàm alta voce ad Patrem pro perſecutoribus clamauit? Nullus certè.

Tu igitur bone Ieſu, qui tot pro nobis mala paſſus es. Reſpice ſolio de Sancto ſuper hanc familiam tuã, pro qua non dubitaſti manibus tradi nocentum, & crucis ſubire tormentum. Voſq; ad ipſum recurrite, ipſum inuocate, clamate, & veniam ab eo, peccatorum petite. Amen. Deprec.

# LECTIO TRIGESIMATERTIA.

## *Deſcendit ad inferos.*

QVemlibet fidelem volentem perfectè credere, & perfectam fidem habere, omnes articulos fidei oportet credere, & nullum in particulari diſcredere. Qui enim in vno deficit, factus eſt omnium reus. Hoc intelligendo ſecundum rationem formalem fidei ex parte obiecti, quod quidem eſt vna prima veritas, vnica, & indiuiſibilis. Quoniam quantum ad rationem materialem, non eſt negandum, fidem poſſe eſſe maiorem in vno, quàm in altero. quod idem eſt, ac ſi dicamus plura poſſe vnum explicitè credere, quàm alterum. Inter quos articulos fidei vnus eſt credere deſcenſum Christi ad inferos; iuxta illud. Deſcendit ad inferos. quod conuenienter factum fuit; quia ſicut in hoc mundo per ſeipſum triumphauerat, ita, & in alio. Qui quidem Articuli diuerſimodè à Doctoribus numerantur, & in diuerſo numero reponuntur. Aliquibus dicentibus quod ſunt duodecim, alijs verò quattuordecim, qui omnes veritatem fatentur, ipſorumq; ſententia, vtraq; eſt fidelis, ac nullam continens contradictionem, ſeu repugnantiam, & præcipuè, ſi id, (vt oportet) debitis fiat conditionibus.

Not.

Si enim ſecundum numerum componentium articulos fidei numerare velimus, proculdubio duodecim ſunt dicendi, quia duodecim fuerunt Apoſtoli, à qui-

bus fuerunt compoſiti Spiritu Sancto inſpirati; quandò per vniuerſum prædicare incipere voluerunt, veluti à Regio Propheta longè antea prophetatum fuerat, In omnem terram exiuit ſonus eorum; & à Chriſto, vt aliàs audiſtis, Euntes in mundum vniuerſum, prædicate Euangelium, &c.

Verum ſi articulos fidei attendamus ſecundum res creditas, & ea quæ nobis in articulis proponuntur credēda, abſq; aliqua dubitatione quatuordecim ſunt dicendi, ſecundum quam diuerſitatem diuerſimodè pronunciantes ſunt locuti abſq; aliqua contradictione. Cum ſecundum duodecim Apoſtolos, duodecim dicantur Articuli. & ſecundum res creditas quatuordecim. Numerus Apoſtolorum omnibus clarus eſt. Petrus, Andræas, Iacobus, Ioannes, &c. Secundum declaro, nam articuli pertinentes ad diuinitatem ſunt ſeptem, ſimili modo ad humanitatem, quod clarius adaperio. Not.

Ad diuinitatem ſpectantes ſunt, vnus Deus in eſſentia, Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus Sanctus, creatio, recreatio, & reſurrectio.

Ad humanitatem ſpectant, Incarnatio, Natiuitas, Mors, Deſcenſus, Reſurrectio, Aſcenſio, & Aduentus ad iudicium. Communiter autem ſecundum numerum Apoſtolorum numerantur, & ideo duodecim dicuntur. Petrus autem in ſuo articulo plures poſuit, vt vnicuiq; ſpiritualiter conſideranti apparebit. Credo in Deum, ecce vnitas eſſentiæ. Patrem, attende ad primam perſonam, attende paulò poſt, & duos Not.

videbis. Qui conceptus eſt de Spiritu Sancto, ecce vnus. Natus ex Maria Virgine, ecce alius.

**1. Dub.** Si autem quæras cur in Concilio Niceno non fuit explicitè poſitus iſte Articulus de deſcenſu Chriſti ad inferos; ſicuti in Symbolo Apoſtolorum.

Attendite legentes, & audientes deſcendit ad inferos, &c. Idem prædicat Diuus Athanaſius; Qui paſſus eſt &c. Deſcendit ad inferos &c.

Quod autem iſta ſententia in Concilio Niceno non habeatur explicitè, clarè apparet.

***Solut.*** Reſpondet Sanctus Thomas. Hoc ideo factum fuiſſe, quia illud Symbolum fuit compoſitum ad deſtruendam Hæreſim negantium diuinitatem Chriſti, & prædicantium ipſum eſſe purum hominem; & ideo Patres illi tacuerunt illum Articulum. Ne cum Hæreticis aliquo modo communicare viderentur; quia aliquam imperfectionem in voce importare videbatur.

Vel altius ſecundum eundem, idem alibi declarantem. quod & ſi explicitè Articulus iſte, non fuerit ibi poſitus, forſan propter rationem iam dictam, **Not.** ſaltem implicitè. Cum motus ſecundum naturales, & verè non detur abſq; duobus terminis, ſcilicet à quo, & ad quem. & vno expreſſo, ſubintelligitur & alter, ita fecerunt Patres. quoniam ponentes verba iſta, Et reſurrexit tertia die. Ponunt terminum ad quem, in quo anima Chriſti fuit reunita ſuo proprio corpori. quod in triduo fuit in monumento, neceſ-



Digitized by Google

ſarium eſt igitur intelligere terminum à quo, vnde venit anima Chriſti, & diſceſſit quando facta eſt talis reunio, qui fuit lymbus Patrum in quo habitauit anima Chriſti, dum Chriſtus mortuus fuit.

Idem de natiuitate, & incarnatione. Diligenter conſidera, bene applica, & habebis ambos terminos; ſcilicet a quo, & ad quem, & ex conſequenti deſcenſum animæ Chriſti ad inferos, dicente S. Athanaſio. Deſcendit ad inferos &c.

Pro cuius maiori declaratione, hac veritate ſuppoſita, tanquam articulo fidei pro fidelium conſolatione, & Hæreticorum confuſione, id, rationibus, & auctoritatibus probare intendo.

Sed dicentem audio, ad quid iſtud facere? Cum legatur apud Doctores Sanctos, quod fides perdit meritum, vbi humana ratio præbet experimentum, & hæc doctrina eſt Sancti Gregorij. 2. Dub.

Cui difficultati reſpondet Sanctus Thomas, quòd rationes inductæ ad ea, quæ ſunt fidei. ſi ad voluntatem credentis antecedenter ſe habeant. Verum eſt, quod dixiſti. ſi autem conſequenter, ſic falſum ponis, & malè concludis. quomodo, & in quo gradu, ipſe illas adducere intendo. Solutio.

Declaro ſingula, vt bene percipiatis. Tunc ratio naturalis, antecedenter ſe habet, ad voluntatem credentis. quando taliter ipſe eſt diſpoſitus, vt non velit credere, niſi ratione naturali fuerit conuictus, & attrictus, & tunc perditur fidei meritum, quemad- Nota.

modum

modum exponendæ ſunt rationes, quæ ad hoc adducuntur.

Vel ratio naturalis ad voluntatem credentis, poteſt ſe habere conſequenter, ideſt, vt paratus ſit credere per ſolam reuelationem, & ſimplicem Prælatorum edoctionem; Nihilominus pro Chriſtiano exercitio faciendo, ſtudet, meditatur, cogitat, & contemplatur diu, noctuq; ſi aliquas adinueniat rationes, & auctoritates, ad confirmanda ea, quæ ſunt fidei, & confundendos Hæreticos, iſtaq; talia non diminuunt, *Not.* neque tollunt meritum fidei, ſed potius augent. Et ita egerunt Orthodoxi Patres, Doctores Sancti, Scolaſticiq; , Gregorius, Hieronymus, Ambroſius, Auguſtinus, Griſoſtomus, Bernardus, Ciprianus, Thomas, Bonauentura, &c.

Quapropter quod cœpimus, & promiſimus, ſeruare, & implere debemus pro conſolandis legentibus, & audientibus, ideſt adducere aliquas auctoritates, & rationes, dictum articulum comprobantes, & ab auctoritatibus inchoantes. Illa erit prima, quæ habetur in articulis fidei, & in præſenti Symbolo Deſcendit ad inferos, qui deſcenſus debet intelligi de Chriſto, quantum ad eius animam, quia vt Deus non poteſt mu- *Not.* tare locum, ſed vbiq; eſt abſq; eius circumſcriptione, & imperfectione; nec quantum ad corpus, quia fuit in monumento, iuxta illud, & poſuerunt in monumento, quod nouum erat, & nullus alius in ipſo ſepultus fuerat.

Idem

Idem probatur auctoritate Patris Damaſceni, deſcendit ad inferna anima deificata, quæ verba de nulla alia intelligi queunt, niſi de anima Chriſti.

Quoniam illa tantum fuit anima vnita, vt que admodum his qui in terra ſunt, ita & his qui in inferno ſunt, & in tenebris, & in vmbra mortis ſedebant, ſuperluceſceret. Ratione idē comprobari poteſt, quæ aliquo modo, licet imperfectè, fuerint in ſuperioribus tacta. Et eſt Seraphici Doctoris in tali materia, ſicut Chriſtus nos docuit per aduentum ſuum in carnem, docendo, monendo, reprehendendo, flagellando, opera faciendo, vt ipſe teſtatur, quæ nemo alius fecit. Ita etiam detentos in Inferno liberauit per egreſſum ſuum à carne; quæ intelligenda ſunt de illis, qui erant in Lymbo Patrum: Not.

Sed cum in terris aduenit, nobiſcum conuerſatus eſt, & vixit, igitur oportet concludere, quod moriendo, realiter ad infernum deſcenderit, ſicut realiter in mundum aduenit.

Ad illud autem Patris Auguſtini ad Dardanum ſcribentis, & etiam ſuper Geneſim ad litteram non facile in Scripturis, nomen inferni in bono inuenitur. Sed Chriſto nil mali attribuendum eſt; igitur ad infernum non deſcendit. Quia vnuſquiſq; dum deſcendit ad infernum, niſi ad pœnam damni, vt in lymbo Patrum, vel damni, & ſenſus, vt in Purgatorio, & in Inferno. Quorum neutrum Chriſto attribuendum eſt, & ideo dicit de facili, & non inueniri in bono. ita 3. Dub.

quod nullus alius ibi legitur immunis ab aliqua dictarum pœnarum: niſi ſolus Chriſtus, & ideo quamuis antiquæ legis Patres fuiſſent à peccatis purgati, antequam ex hoc mundo diſcederent. Tamen quia adhuc non fuerat obſtaculum amotum impediens ingreſſum in Cœlum; omnes illuc deſcendebant, & manebant, quouſque Chriſtus ad eos deſcendit, atq; illuminauit. Vbi nil aliud mali patiebantur, niſi quod Deum non videbant. Quam viſionem habuerunt, cum ad eos Chriſtus deſcendit; dicente Diuo Athanaſio. Deſcendit ad inferos.

*4. Dub.* Nec etiam moleſtum alicui eſſe debet, communiter aſſertum, Optimo, vt Chriſtus eſt, optimum deberi locum, quod de Lymbo non eſt dicendum.

*Solut.* Igitur eo non deſcendit; quia verba adducta intelligenda ſunt de loco alicui debito, pro remuneratione bonorum operum. At non ſic Chriſtus deſcendit in Lymbum, ſed potius ad ipſum frangendum, & expoliandum.

**Hæc ergo veritas principalis eſt præſentis lectionis Chriſtum verè, & realiter modo prædicto ad inferos deſcendiſſe, ad illuminandos, & liberandos Patres illos, qui in hac vita tot, & tanta pro fide Domini Noſtri Ieſu Chriſti paſſi ſunt, & ipſius aduentum, tàm magno affectu exoptabant.**

*Docum.* Tu ergo Domine Ieſu Chriſte Paſtor bone, & liberator Sancte, qui non ſolum viuendo, ſed etiam moriendo, & poſt mortem multa nobis beneficia



Digitized by Google

contuliſti; Ne derelinquas nos Orphanos, ſed mitte auxilium tuum in nos, vt ſalutem conſequamur. Vos autem, qui ſæpè audiſtis, & vdiſtis quæ ex ore eius dicta ſunt, petite, & accipietis, fideliter poſtulate, vt accipiatis. Amen.

## LECTIO TRIGESIMAQVARTA.

### *Deſcendit ad inferos.*

QVamuis ſola virtute ſua, & potentia, Dominus Ieſus Chriſtus animas Patrum, è Lymbo liberare potuiſſet, quoniam Deus erat, tamen vt maiorem nobis oſtenderet dilectionem, quam erga nos ipſe habuit in gradu eminenti. Cum nullam habeat quis maiorem, quam ponere animam pro amicis ſuis, quod à Chriſto confirmatum fuerit dicente, Maiorem hac dilectionem nemo habere poteſt, quàm ponere animam pro amicis ſuis. Quoniam, & ſi multis alijs modis poſſit homo ſuam dilectionem erga proximum oſtendere. Id autem prædictis verbis maius, & efficacius detegitur. Obſeruatum à Chriſto, Qui non erubuit, neque recuſauit pro noſtra redemptione mortem ita turpiſſimam pati, & ſuſtinere, ne ſibi ipſi aduerſari videretur, dicenti. Ego ſum Paſtor bonus, & Paſtor bonus animam ſuam dat pro ouibus ſuis. Mercenarius autem, & cuius non ſunt oues propriæ, videt Lupum venientem, & fugit. Lupus autem abſente Paſtore, rapit, & diſpergit. Non ſic



Digitized by Google

Chriſtus, ſed inimicis in horto obuians dicit, Quem quæritis? & plus diſcipulorum ſalutem, quam propriam curans, poſtquam dixit verba prædicta, ſtatim ſubiunxit, ſi ergo me quæritis, ſinite hos abire, vt adimpleretur quod dictum eſt, Non perdes ex eis quenquam. Ita & poſt mortem ſuam, eundem nobis manifeſtans amorem, & pietatem, voluit verè realiter, & eſſentialiter, ad lymbum deſcendere, vt confitemur in articulis, & in præſenti verſu docet S. Athanaſius. Deſcendit ad inferos.

**Not.** Sed aduertendum à vobis eſt, Infernum, ideſt hoc nomen, in Sacris litteris multipliciter accipi. pro omni eo quod eſt ſub globo lunari. Ita quod omne illud, quod ſub eo reponitur, poteſt vocari Infernus, vt primus locus deſcendendo ſit ignis. Secundus Aer, & maxime caliginoſus, vbi nunc ſunt Dæmones detruſi deſcendentes ſecundum diuinam voluntatem in partes inferiores, ad cruciandas animas ibi exiſtentes propter earum peccata. Quarum cruciatio, vel erit æterna, vt in exiſtentibus in Inferno, vel temporalis, vt in illis, qui ſunt in purgatorio, ad nos autem exercendos in hoc mundo ſecundum diuinam voluntatem. Vbicunque autem ſunt, ſiue in aere, ſiue in terra, ſiue in inferno, ſemper patiuntur ſuas pœnas.

Itaquod dicitur fideliter, quod ſemper ſunt in inferno, ſi non quantum ad locum, tamen quantum ad pœnam. Verum poſt factum iudicium ipſi, & damnati

damnati omnes erunt in inferno quantum ad locum; Not.
& quantum ad pœnas. Non autem fuerunt in hoc mundo à Deo pro ſemper condemnati, & poſiti, ne ſuis tentationibus homines nimium infeſtarent.

Secundo modo accipitur infernus, aliquandò in ſacris literis pro terra, ſeu vocatur nomine terræ. Iuxta illud Pſalmi, Eruiſti animam meam ex inferno inferiori. & ita accipiendo Infernum omnes nos exiſtentes in hac miſeriarum valle, ſeu in hoc mundo, poſſumus dici eſſe in inferno.

Vlterius accipitur, vt eſt quidam locus ſubterraneus, in quo pro debito Adæ diuerſimodè tamen totum genus humanum deſcendebat, & detinebatur. Et licèt diuerſimodè ſub hac ſignificatione nominetur aliquandò pro inferno damnatorum, pro lymbo Puerorum, pro purgatorio, & ſupra omnes iſtos, eſt lymbus Patrum. Vbi omnes antequam per Christum liberarentur, quamuis perfecti, & purgati deſcendebant. Vbi tantummodo pœnam damni ſubſtinebant, & hoc modo intelligitur illud Geneſis, Deſcendam, (aiebat Iacob) ad filium meum Ioſeph. lugens in inferno, & clarè apparet in his verbis illum Patrem iuſtum non loqui de inferno damnatorum, id enim minimè ſibi conueniebat, ſed de lymbo Sanctorum Patrum.

Sub quo eſt locus, qui à fidelibus vocatur Purgatorium, in quo exiſtentes ſimul patiuntur pœnam ſenſus, & damni, ideſt non vident Deum, & alia tor-



Digitized by Google

mentorum genera patiuntur, vt ignis, aquæ, &c.

*Not.* Quæ, & ſi propria virtute, id agere nequeant; nihilominus virtute diuina, vt inſtrumentum diuinæ iuſtitię quemadmodum interpretanda ſunt verba illa à Theologis poſita. Ignem non agere in ſpiritum, in lymbo autem Patrum nulla erat ſenſus pœna, ſub Purgatorio eſt lymbus Puerorum, vbi deſcendunt in hoc tempore Pueri non baptizati, qui cum non actualiter peccauerint, non merentur pœnam ſenſus, & cum non purgati fuerint à peccato originali, nõ merentur videre Deum; & ſub iſto, eſt locus damnatorum, qui communiter vocatur Infernus damnatorum. Vbi exiſtentes patiuntur pœnam ſenſus, ideſt ignis, ſulfuris, &c. & pœnam damni quia non vident Deum, nec ipſum vnquam ſunt viſuri, ſunt ſine gratia, & in peccato ſemper.

*Nota.* Qui locus damnatorum eſt poſitus per lineam rectam, & diametralem in Centro terræ ſub terreſtri Paradiſo. De quo dicitur in Inferno nulla eſt redemptio.

Et hoc vltimo modo non loquitur; ſecundum communiter exponentes Sanctus Athanaſius, ſed propriè de lymbo Patrum, dicens. Deſcendit ad inferos.

*1. Dub.* Sed dicet quiſpiam deſcendit nè Chriſtus in omnem inferri partem? ideſt ad lymbum Patrum, Puerorum, Purgatorium, & Infernum damnatorum; vel ad aliquam tantum?

*Solut.* Dicit Sanctus Thomas quod per ſuum effectum deſcendit ad locum damnatorum eos de malitia, & obſti-

ſti-

Digitized by Google

ſtinatione confutando, & arguendo. Ad Purgatorium, eis æternæ gloriæ conſequendæ, ſpem tribuendo. In lymbum Patrum, eis lumen gloriæ infundendo; quantum verò ad eſſentiam ſolum deſcendit in illam inferni partem, in qua iuſti detinebantur.

Vt autem rectè ab omnibus intelligatur quomodo Christus Ieſus poſt eius mortem ad inferos deſcenderit, perſiſtentes in ſuperiori declaratione. Cum id ſecundum corpus nequaquam factum fuerit. Fuit enim, vt docent Euangeliſtæ, corpus eius in monumento, neq; ſecundum diuinitatem, cum vt ſic, vbiq; ſit. Si Aſcendero in Cœlum, &c. 2. Dub.

Neq; ſecundum animam, quæ localiter non mouetur; hoc enim proprium eſt corporum, vt patet per Ariſtotelem in ſexto libro Phyſicorum.

Dicitur verum eſſe eò non deſcendiſſe ſecundum diuinitatem, quoniam iſto modo non poteſt moueri, neque mutare locum, neque ſecundum corpus propter dictam rationem; eò tamen deſcendit ſecundum animam; & ſecundum illum mouendi modum, ſecundum quem Angelis, & animabus rationalibus, conuenit eſſe in loco, ſcilicet diffinitiuè, & determinatè, non autem circumſcriptiuè, & dimenſiuè. Hoc enim proprium eſt corporum. Solut. Not.

Nec obſtat dictum Ariſtotelis, quòd omne, quod mouetur, partim eſt in termino à quo, & partim eſt in termino ad quem. Sed anima rationalis eſt indiuiſibilis, igitur non poteſt moueri. 3. Dub.

Di-

*Solut.* Dicunt Subtiles, auctoritatem Ariſtotelis paulò ante adductam. Intelligendam eſſe de corporibus, & compoſitis, quæ materialia ſunt. Qua materialitate, & compoſitione, carent animæ intellectiuæ, quæ à Deo de nihilo, & immediatè creantur; ſecus dicendum eſt de anima vegetatiua, & anima ſenſitiua; quæ educuntur de potentia materiæ, & ad eius extenſionem extenduntur.

4. *Dub.* Dicenti autem quamdiu anima Chriſti, vt iam dictum eſt realiter ad inferos deſcendit. quanto tempore illic manſit? Dicitur reſolutè, quod quamdiu corpus in monumento.

*Solut.* Nec obſtat quod dixit Chriſtus in Cruce bono La-

5. *Dub.* troni, qui cum Chriſto dixiſſet, Memento mei Domine, dum veneris in regnum tuum. Altero murmurante, & blaſphemante. Hodie mecum eris in Paradiſo; ergo non fuit Chriſtus, ſeu anima Chriſti, illa die in lymbo Patrum. Igitur anima non fuit ibidem tanto tempore, quanto corpus in monumento. Hoc enim poſito, non eſſent vera verba Chriſti ſuperius adducta.

Non enim debuiſſet dicere, Hodie &c. ſed poſt Hodie &c.

*Solut.* Dicit enim Sanctus Thomas perdoctè, & catholicè dicta Chriſti verba intelligenda fore de Paradiſo ſpirituali, & non corporali, & pro intellectu, primus Paradiſus eſt viſio Dei, & vera beatitudo; quam ſecundũ verba Chriſti eadem die conſecutus fuit bonus latro.

Ad

Digitized by Google

Ad ſecundum autem non ſolum dicta requiruntur, ſed & locus proprius beatitudinis, qui eſt Cœlum Empyreum.

Nec valet, ſi dicatur, ergo Angeli Beati, qui ſæpè adnuncianda aliqua in hoc mundo mittuntur à Deo, beatitudinem pro illo tunc perdunt. *6. Dub.*

Niſi eſſet, vt dicit Sanctus Thomas, quod Cœlum Empyreum, non eſt de eſſentia, & ſubſtantia beatitudinis, ſed requiritur, & concurrit ad bene eſſe, tanquam locus nobilior, & præſtantior. *Solut.*

Nam ſi de ſubſtantia Beatitudinis eſſet locus ille, ſequeretur dictum inconueniens, & aliud non multo minus, ſed maius, ſcilicet, quod dum Chriſtus nobiſcum in terris conuerſabitur, non fuiſſet beatus, & ſic periret veritas iſta, Chriſtum fuiſſe beatum ab inſtanti ſuæ conceptionis. *Nota*

Vlterius quomodo dicitur, Chriſtum ad inferos deſcendiſſe, cum tantum ibi, vt iam viſum eſt, ſecundum animam deſcenderit? Et Chriſtus nomen ſit duarum naturarum in vnitate perſonæ vnitarum? *7. Dub.*

Reſpondet Sanctus Thomas, quod licet non deſcenderit totum, quod pertinet ad humanam naturam, ſcilicet anima, & corpus, quia corpus fuit in ſepulchro; tamen totus Chriſtus deſcendit. quia vt dicit qui ſupra, & etiam Magiſter Sententiarum. totus refertur ad perſonam Chriſti, vt eſt Maſculini generis; totum verò, vt eſt neutri generis ad naturam. In morte igitur, licet anima fuerit à corpore ſeparata; *Solut.*

neu-

neutrum tamen, ideſt, nec anima, nec corpus à diui-
*Not.* nitate, & à perſona filij Dei. Dicunt enim Doctores, Quod verbum ſemel aſſumpſit, ſcilicet animam, & corpus; Nunquam dimiſit. quia licet corpus, & anima fuerint tunc à ſeinuicem ſeparata, nunquam tamen à diuinitate; & ita perſona tota filij Dei deſcendit ad inferos, per animam ſibi vnitam; & ita totus Chriſtus ibi fuit, & ſecundum corpus erat in monumento; & ita totus eſt, vbicunq; eſt, quia vt ſic de perſona Chriſti prædicatur; ideo rectè docet S. Athanaſius. Deſcendit ad inferos.

*Decum.* Ad illum igitur, non ſolùm verbis, ſed principaliter cordibus, & ſpiritu Clamate, dicentes, vt qui ad inferos pro nobis deſcendit, Auxilium nobis præſtet, vt inde liberati ſua pietate, in Cœlum vos conducat. Amen.

## LECTIO TRIGESIMAQVINTA.

*Tertia die reſurrexit à mortuis.*

QVicunque legit, & diligenter, quæ legit, attendit, duo ſcientiarum genera adinuenit. Quarum ſcientiarum vna dicitur naturalis, alia verò ſuper-
*Not.* naturalis. Prima tali nomine appellatur. quoniam per cauſas naturales ab homine acquiritur. Secunda autem dicto nomine iurè appellatur; quia deſuper à Deo fuit nobis reuelata, ad quam homo nullo pacto viribus naturalibus peruenire poterat, nec intel-

lectus

lectus poſſibilis, nec intellectus agens, nec aliæ potentiæ naturales, quæcunque illæ ſint, ſiue organicæ, ſiue non organicæ, ſiue ſenſus interiores, ſiue exteriores, nec intellectus poſſibilis, nec intellectus agens ſufficiebant.

Ideo concludunt Theologi cognoſcentes imperfectionem naturæ propter peccatum, & neceſſitudinem ſupernaturalium neceſſarium fuiſſe, aliquam ſpecialem doctrinam pro ſtatu iſto homini reuelari, ad quam naturaliter haud peruenire poterat. At naturales naturam, & ipſius vires nimium extollentes, & ſupernaturalium neceſſitudinem negantes, id perperam factum eſſe aſſeuerarunt. Cum ſecundum ipſorum inſipientiam, ſingula dignoſcere valerent.

In qua naturali ſcientia, quò magis poſſunt, elaborant Gramatici, Rhetorici, Logici, Philoſophi, Mathematici, Muſici, Aſtrologi, Methaphyſici, & cęteri omnes in hoc lumine naturali confiſi; At in ſuper naturali cognitione verſantur Theologi Practici, & Scholaſtici, videlicet, Diuus Ambroſius, Gregorius, Hieronymus, Auguſtinus, Griſoſtomus, Hylarius, Ciprianus, Baſilius, Bernardus, Thomas, Bonauentura, Scotus, &c. Per quorum doctrinam ex reuelatione ſupernaturaliter habitam multo plura, & maiora cognoſcimus, quàm per ſcientias naturales. Ideo iurè meritò iſtæ Ancillæ, & famulæ appellari debent ſcientiæ ſupernaturalis, tùm quia ab agente imperfectiori acquiſitæ ſunt, & condonatæ, tùm quia de

imperfectioribus, & vilioribus tractant.

Iſtæ enim de rebus naturalibus, & de his, quæ cito transſeunt, perduntur, & amittuntur, ſermonem faciunt. Diuinitus autem inſpiratæ de ſupernaturalibus, & diuinis. Quæ naturalium ſcientiarum nos aliquandò docuit Trinitatum perſonarum? Nulla quidem? At ſupernaturalis, & reuelata in primis verbis hoc expreſſit, vt ſciunt profitentes litteras Hebræas.

Cum vbi nos dicimus, Deus creauit &c. Hebræi legunt Heloym. Quod verbum eſt numeri pluralis. Igitur plures Dij in perſonis, & vnus in eſſentia, & alijs dimiſſis in hac materia, quid clarius eo dici poteſt? Tres ſunt, qui teſtimonium dant in Cœlo; Pater, Verbum, & Spiritus Sanctus, & hi tres vnum ſunt.

Creationem rerum negant Philoſophi illo fundamento moti, quòd ex nihilo, nihil fit. & creatio, teſte Magiſtro, eſt ex nihilo productio, qui dictis verbis, à Theologis confunduntur, In Principio creauit &c. Et ſapiens in Eccleſiaſtico, Vnus eſt altiſſimus, qui creauit omnia, & nos fideliter canimus. Creatorem Cœli, & Terræ. Hoc erroneum ſuos diſcipulos docent in ipſorum Schola; finiti ad infinitum nullam eſſe proportionem, docet Sacra Scriptura, Verbum in tempore carnem fuiſſe factum, non ne hoc ſtultum pro fundamento accipiunt, Virginem nequaquam parere potuiſſe. At Theologi, & ſupernaturales prædicant, & credunt, Virginem Glorioſam Saluatorem peperiſſe, teſtatore Iſaia. Ecce Virgo concipiet, & pariet

tiet filium, &c. Sed quid plura? ad propoſitum venientes; non ne ſine rubore, & timore docent, dicunt, prædicant, & affirmant, vt ſcitis vos, qui ipſorum libris ſtudetis, à priuatione ad habitum impoſſibilem eſſe regreſſum, & præcipuè cum non ſolum habitus tollitur actu, vt eſt videre in dormiente, & currere in ſedente; ſed etiam habitu, vt viſio in cæco, auditus in ſurdo, &c. quoniam in primo modo poteſt tranſitus fieri à priuatione ad habitum. Cum dormiens non videat, & vigilans videat, & ſic de alijs. Non autem cum tollitur actus, & habitus, poteſt rehaberi. Verum obmuteſcant ipſi, & ſtudeant Sacris litteris, in quibus adinuenient Dominum Ieſum Chriſtum cæcos illuminaſſe, Paralyticos curaſſe, mortuos reſuſcitaſſe, &c. Et Theologiæ tanquam Scientiarum Dominæ, Magiſtræ, & Reginæ ſe ſubmittant, & credant, firmiterq; confiteantur, Reſurrectionem generalem futuram, quando Summo Creatori placebit, de qua in ſequẽtibus Dei auxilio ſermonem faciemus, & illam Chriſti, iam eſſe factam, & completam, de qua in præſenti loquimur à verbis Symboli inuitati. Tertia die reſurrexit à mortuis. *Not.*

Longe antea Prophetatum à Regio Propheta, in perſona Chriſti colloquente, Domine probaſti me, & cognouiſti me, tu cognouiſti ſeſſionem meam, & reſurrectionem meam. Et id figuratum fuit per illos tres dies, ſcilicet ſepulturæ, in quibus Ionas fuit in ventre ceti, & eius reſurrectio per tempus illud, in

quo fuit ipſe liberatus. Et ideo in articulis fidei firmiter confitemur poſt deſcenſum Chriſti ad inferos, tertia die reſurrexit à mortuis.

**1. Dub.** Potuiſſet ne ſtatim reſurgere? vel reſurrectionem ſuam, vſq; ad generalem differre? & ſi potuit, cur non fecit?

**Solut.** Potuiſſet quidem abſolutè ſtatim reſurgere, ſed noluit. Ne Iudæi dicere auſi fuiſſent, ipſum non fuiſſe mortuum verè, & realiter; ſed finxiſſe. Non diſtulit id vſq; in fine mundi, & ad generalem reſurrectionem, vt abſolutè potuiſſet. Ne propter nimiam prolixitatem, & retardationem, diſcipuli, & mundus de ea deſperaſſent. Sed vt ſuam videntes, & noſtram futuram crederemus.

**2. Dub.** Ad illam autem auctoritatem, quæ legitur in actibus Apoſtolorum, impoſſibile erat eum detineri, dicendum eſt illam auctoritatem eſſe intelligendam de

**Solutio.** detentione violenter facta, non autem de voluntaria, veluti detentus fuit Chriſtus, quia tanto tempore mortuus manere voluit, alteri autem cum eſſet omnipotens nequaquam erat ſubiectus.

**3. Dub.** Quomodo autem Chriſtus dicitur primitiæ reſurgentium? Dicentem audio; cum multi ante ipſum reſuſcitati fuerint, veluti apparet legenti vetus, & nouum teſtamentum.

**Solut.** Satisfaciendum eſt, multos quidem ante Chriſtum reſuſcitatos fuiſſe. Non autem ad vitam immortalem, ſed ad vitam mortalem, quia iterum morituri,

Chri-

Digitized by Google

Chriſtus verò ad vitam immortalem, quia non erat amplius, neq; paſſurus, neq; moriturus. Et etiam addi poteſt, ipſum ſolum propria virtute reſurrexiſſe. Alij autem virtute diuina. Ratio primi dicti aſſignari poteſt; quia ipſe Deus eſt, qui omnia poteſt. Et ideo dicebat, Poteſtatem habeo ponendi animam meam, & iterum ſummendi eam. Cui veritati nequaquam contradicit, quod alibi legitur. Pater ſuſcitauit eum, ideſt filium, tertia die à mortuis. Not. 4. Dub.

Iſta enim locutionum diuerſitas non arguit, nec infert diuerſitatem operationis, nec potentiæ; quia vna eſt potentia, & operatio ad extra in tribus perſonis; teſtimonio Patris Auguſtini, opera Trinitatis ad extra ſunt indiuiſa; idem affirmauit Chriſtus. Pater meus vſque modo operatur, & ego operor; & alibi Pater in me manens opera facit, quæ ego facio. & iterum, opera quæ ego facio in nomine Patris mei, hæc teſtimonium perhibent de me. Quapropter duritiam Synagogæ reprehendens aiebat. Si mihi non vultis credere, operibus credite, vt credatis quia ego in Patre, & Pater in me eſt. Immo ex varietate loquendi magis infertur identitas, quam diuerſitas operationis, quam vt melius cognoſcamus, aliquando attribuitur Patri, aliquando Filio, reſurrectio. Solut. Not.

In hoc tamen ſtabilis eſto, quod trium ad extra vna eſt operatio, creatio, vocatio, iuſtificatio, reſurrectio, &c.

At dicentem audio, quomodo verum eſt, quod 5. Dub.

in

in articulis fidei legitur, & Sanctus Athanaſius docet, Tertia die reſurrexit à mortuis. Cum die Veneris paſſus, crucifixus, & mortuus fuerit, die verò Dominico reſurexerit. ergo non videtur tertia die reſurexiſſe, ſed potius ante.

***Solut.*** Dicitur ab aliquibus ibi eſſe figuram Synecdoche, vbi accipitur pars pro toto. Alij dicunt, non eſſe neceſſarium figuratum omnino correſpondere figuræ, ſed ſufficit, quod pro maiori parte, vel ſecundum Iſidorum. Quod Chriſtus nequaquam præueniendo mentitus eſt, ſed magis veritatem teſtificatus eſt, ſicut patet de ſoluente debitum infra duos menſes, quod tenetur poſt annum ſoluere.

***Not.*** Neceſſe fuit Chriſtum propter multas rationes à mortuis reſurgere, vt figuras impleret, quæ hoc, vt ipſis conueniebat, inſinuarunt. Et Prophetiæ hoc præmonſtrantes implerentur, propter diuinam iuſtitiam; vt qui ſuper omnes humiliatus fuerat vſq; ad mortem crucis, ſuper omnes exaltaretur iuxta illud Diui Pauli; Chriſtus factus eſt pro nobis obediens, vſque ad mortem; mortem autem crucis. Propter quod, & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen, &c.

Ad confirmandos nos in ſpe veræ reſurrectionis, quia ſi Chriſtus reſurrexit, & nos credimus eſſe, &c. ad complementum noſtræ ſalutis, quia traditus eſt propter delicta noſtra, & reſurrexit propter iuſtificationem noſtram. Propter vitæ noſtræ informationem;

Digitized by Google

tionem; vt veterem hominem deponentes, in nouitate vitæ ambulemus.

Credat tamen vnusquisq; quod & ſi eius reſurrectio fuiſſet facta cum vniuerſali, & vſq; tunc prolongata fuiſſet, corpus eius nunquam fuiſſet putrefactum, neque incineratum; quia & ſi hoc virtute cauſarum naturalium, naturaliter operantium fuiſſet ſubſequutum; virtute tamen diuina fuiſſet impeditum, vt aliqualiter exemplificari poſſet de multis Sanctorum corporibus, qui, & ſi iam per multos annos mortui fuerint, per diuinam virtutem incorrupta conſeruantur. *Not.*

Nec in illo triduo Chriſtus homo dici debet, quia anima fuit à corpore ſeparata. *Not.*

Sicut Chriſtus à mortuis tertia die verè reſurrexit, ita, & vos à vitijs reſurgite, Apoſtolo obedientes, expurgate vetus fermentum, vt ſitis noua conſperſio, in nouitate vitæ ambulate, deponite veterem hominem, & in azymis ſinceritatis, & veritatis exultate. Amen. *Docum.*

## LECTIO TRIGESIMASEXTA.

### *Aſcendit ad Cœlos.*

POtuiſſet quidem Dominus Noſter Ieſus Chriſtus (ſi voluiſſet) ſtatim poſt ſuam reſurrectionem in Cœlum aſcendere. Cum non ſolum homo eſſet, ſed & Deus, æterni Patris filius. Qui omnia poteſt, *Not.*

non

non ſolùm quæ ſunt præter naturam, vt Virgam in inſtanti florere. Sed contra naturam, & ſupra naturam, vt cæcos videre, & Virginem parere; Nihilominus, vt Sapiens Magiſter, & prudens Saluator, voluit per multos dies in hoc mundo manere, & in multis argumentis, & in diuerſis formis diuerſimodè in diuerſis locis, & diuerſis perſonis factis, Apoſtolos, & Diſcipulos ſuos certificare de ſua vera, & reali reſurectione, tertia die facta, veluti in veteri lege pluribus in locis figuratum fuerat, prophetatumq;, & ex ore proprio multoties prædictum, vt in illis verbis. Sicuti Ionas fuit in ventre Ceti tribus diebus, & tribus noctibus, ita filius hominis erit in corde terræ. Et alibi, ſoluite Templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Et iterum, Ecce aſcendimus Hieroſolymam, & filius hominis tradetur, &c. Et tertia die reſurget.

*Not.* Hæc autem Chriſti Aſcenſio facta fuit ſecundum naturam humanam, ſecundum quam creatura eſt, & habet eſſe creatum, & finitum, minimè ſecundum naturam diuinam, ſecundum quam vbiq; eſt. Quoniam immenſa eſt, & infinita. Nec locum mutare ſibi conuenit, veluti ſecundum naturam humanam, *Nota.* ſecundum quam aliquandò ſe poſt reſurectionem mõſtrauit diſcipulis ſuis, & mulieribus. Modo in Hieruſalem, nunc in cœnaculo, in monte, ad mare, & pluribus in locis, & in die Aſcenſionis recumbentibus vndecim diſcipulis apparuit illis Ieſus, & expro-

bra-

brauit incredulitatem eorum, & duritiam cordis, quia qui viderant eum reſurrexiſſe à mortuis non crediderãt. Et poſtquam multa fuit locutus, aſſumptus eſt in Cœlum, vt homo, glorioſus, immortalis, & impaſſibilis. ipſi verò profecti prædicauerunt vbique Domino cooperante, & ſermonem confirmante, ſequentibus ſignis.

Nec ſolum hac apparitione ipſos certificauit, in qua & nos; ſed multis alijs, vt inexcuſabiles homines redderentur hanc ſuam reſurrectionem minimè credentes: quam multifariè ante ſuam aſcenſionem comprobauit; & ideo iuxte, rationabiliterq; dicit Sanctus Athanaſius Aſcendit ad Cœlos. Idem fuit confirmatum ab Apoſtolis, vt legitur in articulis fidei. verè reſurrexiſſe, vt ſenſibus, & intellectu oſtendit. Primum patet, ſi quod Lucæ vigeſimoquarto legitur, diligenter attendatis. Ex quibus clarè conſtat, eius corpus poſt reſurrectionem non fuiſſe, neque aereum, neque apparens, neque Chimericum, ſed reale, & verum.

Addens idem numero in eius reſurrectione reaſſumpſiſſe, eum, quo fuerat Crucifixum, & mortuum. Hoc tamen diſcrimine poſito, quia tempore mortis corpus ſuum paſſibile erat, & mortale, vt rei euentus monſtrauit, quia paſſus eſt, & mortuus. Nunc autem impaſſibile, & immortale. Quapropter verè reſurrexiſſe coram ſuis diſcipulis pluribus modis præmonſtrauit. Auditu, dicens Pax vobis. Vbi nullus



Digitized by Google

temporis verbum poſuit, vt Pax Chriſti non ſolum in tempore præſenti, præterito, vel futuro habeatur, ſed ſemper, & omni, quod faciliter imperiti, & rudes inferre potuiſſent, ſi verbum determinati temporis appoſitum fuiſſet.

Viſu; videte manus meas, & pedes, &c. Tactu, palpate, & videte, quia ſpiritus carnem, & oſſa non habet, ſicut me videtis habere; & pie credendum eſt, propter obedientiam palpaſſe. Nec inde inferre

*Not.* cuiquam licet. Igitur corpus ipſius erat corruptibile, quia ſecundum Doctores. Omne palpabile eſt corruptibile. id enim de communi lege verum eſt, ſicut de multis alijs rebus in Sacris litteris dici poteſt. Fallit autem ex priuilegio.

Guſtu. habetis hic aliquid, quod manducetur? At illi obtulerunt ei partem piſcis aſſi, & fauum mel-

*Not.* lis. At coram ipſis verè manducauit, quod intelligendum eſt, quantum ad fractionem cibi, maſticationem, & eiuſdem, in ventrem traiectionem, nequaquam verò quantum ad cibi conuerſionem, in rem manducantem. quoniam tunc erat extra ſtatum recipiendi huiuſmodi qualitates, & impreſſiones.

*Not.* Et nulli liceat ex hoc inferre; igitur fruſtra manducauit. Nam, quod intendebat, effecit, ideſt præmonſtrare, verum corpus habere.

Odoratu. Inſufflauit, & dixit, accipite Spiritum Sanctum, &c. intellectu, tunc apperuit illis ſenſum, ideſt intellectum, vt intelligerent Scripturas, & inci-

piens

Digitized by Google

piens â Moyſe, & Prophetis, dum cum illis in via loqueretur, & ipſorum corda ardentia erant in via, quæ declarabat intelligere duo diſcipuli, oculi autem eorum diuina virtute tenebantur, ne eum agnoſcerent. Idq; vt perfectius de diuinis ſcripturis edocerentur, veluti de Conceptione, Natiuitate, Fuga, Circuncisione, Præſentatione in Templo, Baptiſmo, Ieiunio, Miraculis, Perſecutione, Proditione, Venditione, Captione, Flagellatione, Spinarum Coronatione, Expoliatione, Paſſione, Condemnatione, Crucifixione, Morte, Sepultura, Reſurrectione &c.

Nouiſſimè verò de ſua fuerunt edocti aſcenſione, non ſolùm verbis, ſed & ipſa viſione. Videntibus illis eleuatus eſt, & nubes ſuſcepit eum in Cœlis ab oculis eorum. Quapropter bene dicit Diuus Athanaſius, Aſcendit ad Cœlos, ſed vt nos Dominus certos redderet verè reſurexiſſe, noluit ſtatim in Cœlum aſcendere. Et quod veram beatitudinem hic habere non poſſumus, tempore determinato, in Cœlum aſcendit, & noluit hic nobiſcum remanere. dicente Sancto Auguſtino. Feciſti nos Domine ad te, & inquietum eſt cor noſtrum, donec requieſcat in te, & in Pſalmo, ſatiabor tunc, cum apparuerit gloria tua; & Diuus Paulus. Cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto. Ideo Apoſtolus alibi. ſi conſurrexiſtis cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt, quærite vbi Chriſtus eſt in dextera Dei ſedens. Quæ ſurſum ſunt ſapite, non quæ ſuper terram. Vbi fames, vbi paupertas, vbi



Digitized by Google

infirmitas, vbi ignorantia, vbi perſecutio, & plurima mortis imago. Et ideo Chriſtus caput noſtrum, Magiſter, Paſtor, Via, Veritas, Vita, Redemptor, Saluator, Beatitudo, & Gloria, in altum aſcendit, vtque ſurſum ſunt quæramus.

**1. Dub.** Neceſſarium ne fuit Chriſtum, (dicentem audio) in Cœlos aſcendere?

***Solut.*** Dicit Sanctus Thomas conueniens fuiſſe Chriſtum in Cœlum aſcendere; non ſecundum quod Deus, quia vbiq; eſt. Cœlum, & Terram ego impleo. Nec etiam vt homo, cũ eſſet perfectè beatus ab inſtanti ſuæ conceptionis. Terra enim locus eſt generationis, & corruptionis; & ipſe reſuſcitatus vitam inchoauit immortalem, & incorruptibilem, & quia Cœlum Empyreũ in quo Sancti Deo fruuntur, eſt locus incorruptionis. Ideo potius conueniens fuit ipſum in Cœlum aſcendere, quam nobiſcum in terris remanere.

**2. Dub.** Iterum dicentem audio; cum Chriſtus tantum homines amauerit, vt pro ipſis vitam poſuerit, ipſo dicente. Maiorem hac dilectionem nemo habet, vt animã ſuam ponat quis pro amicis ſuis, videtur ſuppoſita hac beneuolentia, quod potius debuiſſet hic nobiſcum remanere, quam in Cœlum aſcendere. Hoc enim nobis magis vtile fuiſſet videntibus eius progreſſum, & vitam, & Diuo Paulo dicente. Eſtote imitatores Chriſti, ſicut filij cariſſimi, &c. & Chriſtus exemplũ enim dedi vobis, vt quemadmodũ ego feci, ita & vos faciatis; idẽ à Principe Apoſtolorũ Petro cõfirmatũ. Chriſtus paſſus eſt &c.

Di-

Digitized by Google

Dicit qui ſupra, quod quantum ad præſentiam ſuæ diuinitatis, ſemper eſt nobiſcum vſq; ad conſumationẽ ſæculi; quia ita ex ore proprio nobis promiſit. Ero vobiſcum vſq; ad conſumationem ſæculi. Et alibi, vbi fuerint duo, vel tres congregati in nomine meo, in medio eorum ſum ego. *Solut.*

At ſua corporalis abſentia, eſt nobis magis vtilis propter non nulla bona inde ſequentia. Augumentũ fidei, quæ eſt de non viſis; & nos, ipſum eſſe in cœlis credimus, quod oculo corporali non videmus. quia dat nobis ſpem illuc perueniendi, qui ſumus membra eius, & ipſe caput noſtrũ. iuxta illud ipſum dedit caput ſuper omnem Eccleſiam; vt in altum affectum charitatis dirigamus, & non in hoc mundo ſiſtamus.

Primum illis verbis demonſtratur, quæ ſurſum ſunt quærite. ſecundum per illa. Nolite diligere mundum neq; ea quæ ſunt in mundo. ratio eſt, quia tranſit mundus, & concupiſcentia eius.

Si autem locus Cœli ita conueniebat, & tam decens fuit ipſum aſcendere. cur tantum ſuam aſcenſionem diſtulit? *3. Dub.*

Dicit S. Thomas, vt in ſuperioribus affirmauimus, vt perfectius, & magis complete nos de ſua certificaret reſurectione, quod in breui tempore communiter loquendo, fieri non poterat. *Solut.*

Num autem vt Deus, vel homo aſcenderit? *4. Dub.*

Cui difficultati, & ſi paulò ante breuibus fuerit reſponſum, id perfectius facientes dicimus ſecun- *Solut.*

dum

dum Sanctum Thomam, quòd ſi ly, ſecundum, dicat conditionem aſcendentis, tunc non aſcendit ſecundum quod Deus, quia nihil eſt deitate altius, quò poſſit aſcendere, & etiam, quia Deus eſt immobilis, & ſibi non competit aſcenſus, qui eſt cum motu, & loci mutatione, ſed iſto modo aſcendit ſecundum quod homo, cui competit motus, & aſcenſio in altiorem locum; quorum neutrum dictorum

**5. *Dub.*** Deo conuenit. Si autem ly, ſecundum, aſſignet cauſam aſcenſionis, cum Chriſtus ex virtute diuina in Cœlum aſcenderit, ſic dicendum eſt quod aſcendit, vt Deus, & non vt homo.

***Solut.*** Cui reſolutioni non contradicit dictum Pſalmi; Aſcendit Deus in iubilatione; intelligitur de Deo incarnato, vel vt ſupra, quod aſcendere homini conuenit. Et illud poteſt etiam dici ita pronunciatum eſſe per communicationem idiomatum, quæ facta eſt in Chriſto per vnionem duarum naturarum.

**6. *Dub.*** Quod autem legitur, quod fuit eleuatus, & aſſumptus, non tollit, quin propria virtute aſcenderit; quia ſi de eo ſecundum naturam diuinam loquamur, dum dubitamus eſt (vt aiunt) quærere nodum in Scirpo.

***Solut.*** Si autem ſecundum naturam humanam, & ex principijs proprijs naturæ humanæ, & ſic in Cœlum propria virtute nequaquam aſcendit.

Aſt ex redundantia gloriæ animæ glorificatæ in corpus; cuius corporis glorificati ex dicta redundantia

tia erit tanta obedientia corporis, quod protinus (te ſte Diuo Auguſtino) erit corpus, Vbi volet ſpiritus. Et iſta virtute Chriſtus aſcendit in Cœlum, quia ſic eius anima volebat. *Nu.*

Nec obſtat, quod legitur eleuatum fuiſſe, & aſſumptum fuiſſe; eodem enim modo iſta ſunt intelligenda, quomodo illa, ſurrexit; & Pater ſuſcitauit. Id enim hac ratione dictum eſt, vt eandem virtutem in Patre, & filio, eſſe cognoſcamus. 7. *Dub.* *Solut.*

Sed quid ad illa dicemus? Aſcendit ſuper omnes Cœlos, & alibi, Dominus in Cœlo. 8. *Dub.*

Dicendum eſt ſecundum aliquos quod aſcendit ſuper omnes Cœlos mobiles, & eſt in Cœlo immobili, vel ego aliter dico, quod eſt in Cœlo corporeo, idest Empyreo, & ſuper omnes Cœlos dignitate, & vt Deus, & vt homo, quia vt Deus, eſt ſuper omnes, & in ſolio Trinitatis, vt homo in maiori gratia, & gloria, & ſic vtroq; modo, ſuper omnes. *Solut.*

Dum ergo de Chriſti aſcenſione cogitatis, vbi ſit, qualis ſit, & quantus, vnde deſcenderit, & quo profectus fuerit, ſpiritualiter contemplamini. Satagite, & illuc vos ire, vbi omnes ſunt Beati, vel Sancti. Amen. *Docum.*

## LECTIO TRIGESIMASEPTIMA.

### *Sedet ad dexteram Patris.*

CONſideranti mihi, diligenterq; diſcurrenti. Sacras litteras, videlicet vetus, & nouum teſtamen-



Digitized by Google

mentum, primum, à Deo per Angelum Moyſi datũ, vt Populus Iſraeliticus legem haberet viuendi, loquendi, & operandi, vt diuina expoſcebat voluntas, cuius auctoritatis pars prima comprobata fuit à Diuo Paulo, quando dixit lex data eſt à Deo per Angelum in manu mediatoris. quo autem ad ſecundam partem patet per Chriſtum allatum fuiſſe, qui venit in hunc mundum, ad nos redimendum, & liberandum ab illa captiuitate, in qua per tot annos vixeramus. Aſſertum à Diuo Paulo. Non amplius eſtis ſub lege, ſed ſub gratia, quæ contumeliam, & ardorem peccati refrigerat ſicut Ros ardorem ſolis. Quæ auctoritas quantum ad eius principium interpretanda eſt de iudicialibus, & cæremonialibus illius legis: Minimè autem de moralibus adhuc manentibus. Et rectè dictum fuit, per Chriſtum in hoc tempore nos liberatos fuiſſe à cæremonialibus, & iudicialibus illius legis. Non autem ſimpliciter: Quoniam vt rectè intuenti liquidò apparet, & iudicialia, & cæremonialia ſunt in noua lege à Sancta Eccleſia obſeruata, vt patet in Miſſis, Officijs, Sacramentis, Proceſſionibus, ordinationibus, &c. Sed affirmauimus veluti iterum replicamus nihil cæremonialium, & iudicialium illius legis Antiquæ in hac obſeruari. Quãuis inter illa, & iſtas aliqualis appareat conuenientia, & ſimilitudo, & vnde digreſſi ſumus: redeuntes multos humiliter & humiles vixiſſe in hoc mundo reperio, vt patet de Abraham: Parce mihi Domine, ſi cum puluis ſim, ad te loquar. Moyſe. Qui ſemper manſuetè

Not.

Nota.

Not.

cum

cum Domino Deo fuit locutus. Dauid. Qui ſe ſimilem iumentis eſſe dixit. Iob. Comparatus ſum luto fauillæ, & cineri; & quæ ſunt veteris Teſtamenti relinquentes ad nouum accedo. Et primum de Virgine ſermonem facio, quæ Mater Dei ab Angelo nominata, humiliter reſpondit. Ecce Ancilla Domini fiat mihi ſecundum verbum tuum. Et in ſuo Cantico. Quia reſpexit humilitatem Ancillæ ſuæ. Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. De Centurione. Cui cum Chriſtus ſupplicanti reſpondiſſet. Ego veniam, & curabo eum, ſtatim replicauit. Domine non ſum dignus, vt intres ſub tectum meum, ſed tantum dic verbo, & ſanabitur Puer meus. Cananea. Miſerere mei Domine, filia mea male à Dæmonio vexatur, Et tandem ad propoſitum, etiam Domine Catelli edunt de micis, quæ cadunt ſub menſa Dominorum ſuorum. Petro. Exi à me Domine, quia homo peccator ſum. Paulo. Ego ſum minimus Apoſtolorum, qui non ſum dignus vocari Apoſtolus. quoniam perſecutum ſum Eccleſiam Dei. De Publicano. Qui ſtans à longe percutiebat pectus ſuum, & nolebat oculos ad Cœlum leuare, dicens, Deus propitius eſto mihi peccatori. De muliere. Fluxum ſanguinis patiente, ſi tetigero tantum fimbriam veſtimenti eius ſalua ero. De Paralytico. Domine, hominem non habeo, vt cum mota fuerit aqua mittat me in Piſcinam. De Magdalena. Stans retro ſecus pedes Domini lacrymis cœ-

*Not.*

pit lauare, &c: & capillis capitis ſui tergere, &c. De latrone. Nos digna factis recipimus, hic autem. Quid mali fecit? Memento ergo mei Domine, dum veneris in regnum tuum, & alijs, qui per viam humilitatis ambularunt, relictis. Ad Chriſtum deuenio, de quo legitur in articulis fidei, & in Symbolo Diui Athanaſij, ſedet ad dexteram Dei Patris Omnipotentis.

Idq; iurè factum eſt cum ſcriptum ſit. Qui ſe exaltat, humiliabitur; & qui ſe humiliat, exaltabitur. Et in Cantico Virginis Glorioſæ. Depoſuit potentes de ſede, & exaltauit humiles. Et nullus aliquandò nec in veteri, nec in nouo teſtamẽto legitur, tàm humilem fuiſſe, quantũ Dominus Noſter Ieſus Chriſtus. Qui humilis fuit in Matre. Ecce Ancilla Domini. In Natiuitate. Quia in Præſepio fuit reclinatus. In Patre putatiuo. nonne hic eſt Faber? & Filius Fabri? In diſcipulis, qui fuerunt Piſcatores, & Pauperes.

In vita. Quoniam in aliorum domibus manebat, & comedebat. In morte. Quia ab omnibus relictus, & nudus Crucifixus. Poſt mortem; Quoniam in alieno monumento ſepultus. Et obediens, ac humilis ſemper fuit. Propter quod teſtimonio D. Pauli, Deus Benedictus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen. Et ideo ob maximam eius humilitatem non ſolum ſuper omnes homines in hoc mundo fuit exaltatus, ſed etiam in gloria. Et ideo Diuus Athanaſius ſedet ad dexteram Dei Patris Omnipotentis.

Qui

Digitized by Google

Qui non ſolum vt Deus, & ſecundum naturam diuinam, ſed etiam ſecundum naturam humanam, & vt homo, ſuper omnes exaltatus eſt; & ideo Diuus Athanaſius Sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis. **Not.**

Quod quidem ſedere ad dexteram Patris, vt clarius explicetur, dupliciter ſecundum Diuum Auguſtinum intelligi poteſt; vno modo de Chriſti deitate, & ſic eſt ad dexteram Patris, quia manet in æqualitate Patris, Diuo Athanaſio id teſtificante; æqualis Patri ſecundum diuinitatem. **Not.**

Vel de Chriſti humanitate, & ſic dicitur Chriſtus in dextera Patris ſedere, quia manet in potioribus bonis, gratiæ, & gloriæ, & ſummo honore ſuper omnes Creaturas; cum nulli alteri tanta gratia, & gloria collata fuerit, nec tantus honor debeatur: quos enim honoramus, vt experientia docet, illis dexteram damus. **Not.**

Verba autem præſentia, ſedet ad dexteram Dei Patris; videntur difficultatem aliquam importare. Cum enim Pater maior ſit Chriſto, & hæc præpoſitio Catholica eſt, non repugnans illi, æqualis Patri. Quoniam non eſt ſimplex locutio, ſed determinata; ideo ſequitur ſecundum diuinitatem, ſed Pater eſt maior Chriſto ſecundum humanitatem. Et ideo vbi ſupra ſequitur Sanctus Athanaſius, minor Patre ſecundum humanitatem.

Ex hoc videtur potius ſecundum veritatem inferendum eſſe, Patrem ſedere à dextris, & non in filium; vt enim ſuperius declaratum fuit, ad dexteram ſe- **1. Dub.**

dere, præheminentiam importat.

**Solut.** Dicitur à Sancto Thoma ſeſſionem Chriſti à dexteram Patris non eſſe corporaliter intelligendam; veluti in nobis; quia vt fides Catholica prædicat, Deus eſt ſpiritus, & hæc præpoſitio verificatur, tàm de Deo Patre, quàm de Deo Filio, & de Deo Spiritu Sancto. Quorum vnusquiſq; corpore caret. Sed illud ſedere à dexteram, intelligitur ſecundum quietem, & vt ſic, conuenit Chriſto, ſedere ad dexteram Patris, in quantum incorruptibilis ſemper manet, & æternaliter in beatitudine Patris, quæ eſt ipſius dextera, iuxta illud Pſalmi. Delectationes in dextera tua vſq; in finem.

**Not.** Et etiam intelligitur ſecundum iudiciariam poteſtatē, quā habet à Patre, ſecundū illud. Pater omne iudiciū dedit filio, conregnandi, & iudicandi, & ſic nomine quietis poſſumus intelligere nō ſolum quietem, ſed regiam, ſeu iudiciariam poteſtatem, & ſic patet, quod

**Nota.** per dexteram Patris, vno modo poteſt intelligi gloria diuinitatis, alio verò modo, iudiciaria poteſtas. ſecundum quam Chriſtus iudicaturus eſt viuos, & mortuos, & vnicuiq; redditurus ſecundum opera ſua.

**2. Dub.** Sed petet aliquis, quomodo ſatisfaciendum illi difficultati, quam aliqui mouent, quæ oritur ex varijs Sacræ Scripturæ dictis. Quoniam Marci vltimo dicitur ſedere, & hic, vel vt etiam in articulis fidei, ſedet ad dexteram Dei Patris. Et in actibus de Stephano dicitur, quod vidit Ieſum ſtantem à dextris virtutis Dei. Quomodo ergo intelligenda ſunt iſta

ver-

Digitized by Google

verba, ſedet, & ſtat?

Dicit Sanctus Thomas, quod ſedere iudicantis eſt; Stare verò pugnantis, vel adiuuantis, & vtrunq; conuenit Christo. Stephanus igitur, qui eum in certamine vidit, tanquam adiuuantem, ſtantem ipſum vidit. Dicente Eccleſia, Lapides torrentis illi dulces fuerunt. *Solut.*

At poſt reſurrectionem ipſum ſedere, Marcus deſcribit. Hoc ideo fit à Diuo Marco, quia poſt eius aſcenſionem non videbitur ab hominibus niſi iudex, iuxta illud, Congregabuntur ante eum omnes gentes. & tunc eum videbunt; licèt vt videbimus in ſequentibus diuerſimodè, eius enim viſio aliquibus erit terribilis, vt damnatis; aliquibus verò delectabilis, ſicut iuſtis. quod clarius explicandum in futuris lectionibus reſeruamus. *Not.*

Nec immeritò aliquis quærere poſſet, ſi Chriſtus vt homo, vel vt Deus, ad dexteram Patris ſedere dicatur. *3. Dub.*

Dicitur à Sancto Thoma hanc propoſitionem, Ad, ſignificare quendam ad dexteram aſcenſum, in quo ſignificatur conuenientia in natura cum quadam diſtinctione, vt in perſona. Quoniam vna perſona diuina diſtinguitur ab alia, & etiam vna natura ab alia, vt diuina ab humana, & clarius loquentes, poteſt dicere conuenientiam in natura, & diſtinctionem in perſona; & ſic Chriſtus, vt filius Dei æternus, ſedet ad dexteram Patris, ideſt manet in æqualitate Patris. ſecundum gratiam vnionis, quę notat *Solut.*

è conuerſo diſtinctionem in natura, & vnionē in perſona filij. Et ſecundum hoc etiam Christus dicitur filius Dei, licet nō adoptiuus; & ita dicitur ſedere ad dexterā Patris, licèt non per gratiam adoptionis, vel ſecundum gratiam habitualem, quæ in Chriſto, vt ſæpè dictum fuit, maior eſt, quam in omnibus alijs creaturis, quibus datus eſt ſpiritus ad menſuram, non autem Chriſto.

**Itaquod Chriſtus habet omnibus alijs Creaturis gratiam maiorem, & gloriam, & regiam poteſtatem, atq; iudiciariam ſuper omnes alios, quibus iudicare attri**buitur in Sacris litteris, & alio modo, quia ipſi tanquam ſententiam ferenti, ſeu ſententianti iudicare cōuenit. Apoſtolis verò, & alijs veluti approbantibus, & bene iudicatum confirmantibus.

*4. Dub.* Ex quibus apparet bene intellectis, quomodo Chriſtus ad dexteram Patris ſedere dicatur.

*Solut.* Et ſecundum dictos ſenſus nullus alius poteſt dici ſedere ad dexteram Patris, excepto Chriſto, quia nullus alius eſt æternus filius, nullus alius à filio Dei incarnatus, & nullus alius iudex vniuerſalis conſtitutus.

*Not.* Si autem ſedere ad dexteram Dei accipiatur pro beatitudine generaliter, & eſſe beato, ſiue hoc ſit vel per vnionem, vel per gratiam ſingularem, ſiue quocunq; alio modo beati ſint, ſic omnes beati dicuntur eſſe ad dexteram Dei, ita Virgo eſt ad dexteram Dei. Petrus, Paulus, Iacobus, Andræas, Franciſcus, Dominicus, Creſcentius, &c. Nullus autem eo modo quo

Chri-

Digitized by Google

Chriſtus, & ſi de hoc dubitatis. Superius dicta opus eſt, vt diligenter attendatis.

Sequitur in articulo omnipotentis, quæ & ſi naturaliter demonſtrari poſſit. Non tamen eo modo quo Theologi eam fatentur, dicentibus Philoſophis Deum omnia poſſe concurrentibus cauſis naturalibus, aliter minimè, vt generare filium ex mare, & fœmina, Deus autem ex nihilo creauit Adamum, & ſic de ſe, & à ſe, poteſt quæcunq; poſſibilia ſunt. Taceant ergo Philoſophi, à quibus potentia Dei fuit imperfectè cognita. *Not.*

Et hæc omnipotentia animæ Chriſti nullo pacto fuit communicata, quia nō erat capax. cum eſſet naturæ finitæ, omnipotentia verò naturam depoſcit infinitam, niſi velimus hoc per communicationem idiomatum dicere. concludamus ergo quod Chriſtus ſedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis. *5. Dub.* *Solut.* *Not.*

Cum ergo talis eius ſit ſeſſio, vt omnes ſit iudicaturus in vniuerſali iudicio; Dicite, & clamate. Fac nos Domine tua bonitate, vt ad dexteram ſimus locati. Amen. *Docum.*

## LECTIO TRIGESIMAOCTAVA.

***Inde venturus eſt iudicare viuos, & mortuos,***

QVam plures Domini Noſtri Aduentus lego in Sacris litteris. Quorum vnus eſt ſpiritualis, & per gratiam in mentibus humilium, & ipſum diligentium. De quo loquebatur Chriſtus, vt legitur Ioannis *Not.*

nis quartodecimo. Si quis diligit me, ſermonem meũ ſeruabit, & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus. De quo in præſenti non intelliguntur verba Diui Athanaſij, Inde venturus eſt iudicare, &c.

Alius eſt Aduentus Chriſti, in quo vnicuiq; ſecundum aliquos in hora mortis apparet, & de iſto tunc fit ſermo; Cum dicitur, Vigilate, & orate, quia neſcitis, qua hora filius hominis venturus ſit. Idq; exemplo, monſtrauit, ſubiungens. Illud autem ſcitote, quoniam ſi ſciret Pater familias, qua hora fur veniret, vigilaret vtiq;, & non ſineret perfodi domum ſuam, & concludens, quod principaliter intendebat, ſubdidit; Ideo & vos eſtote parati, quia qua hora non putatis, filius hominis veniet. Nec de iſto hic fit ſermo, cum dicitur, Inde venturus eſt iudicare viuos, & mortuos.

Tertius eſt Aduentus filij Dei in hunc mundum, quando propter nos, & propter noſtram ſalutem deſcendit de Cœlis; & Incarnatus eſt de Spiritu Sancto ex Maria Virgine, & Homo factus eſt. Pauper, Mendicus, & abiectus. quam veritatem confirmauit Sanctus Paulus, Semetipſum exinaniuit formam ſerui accipiens, &c.

Nec ideo de Cœlis deſcendiſſe dicitur, non quaſi inde deſcenderit, & nouum locum filius Dei adeptus fuerit, cum talia ſibi minimè conueniant, ſed per nouũ modum operandi, qui fuit aſſumptio naturæ humanæ

Not.

in

in vnitate ſuppoſiti. Cuius terminus formalis ſecundum Theologorum communem ſententiam non fuit eſſentia, ſed proprietas perſonalis. Ideo vna, & non plures, carnem aſſumpſit. quare Ioannis primo legitur. Et Verbum caro factum eſt. In quo venit iudicari, & non iudicare; miniſtrare, & non miniſtrari, vt ipſe ex ore proprio teſtificatus eſt, filius hominis non venit miniſtrari, ſed miniſtrare, &c. Nec de iſto aduentu hic fit ſermo.

Quartus, & vltimus, eſt Aduentus Chriſti ad iudicium vniuerſale, in quo à Patre conſtitutus eſt Iudex viuorum, & mortuorum, & ipſi totum iudicium datũ, juxta illud. Pater omne iudicium dedit filio. Et iſte erit in maieſtate, & omnes Angeli eius cum eo, & in natura humana ab omnibus videbitur, ſed diuerſimodè, quia bonis, ſua viſio erit delectabilis, malis, verò horribilis, & terribilis. De quo Matthæi legitur. Cum venerit filius hominis in maieſtate ſua, & omnes Angeli eius cum eo. Tunc congregabuntur ante eum omnes gentes. Not.

Et hic obmuteſcant naturales dicentes, Denominationem ſemper fieri debere à nobiliori prędicato; quod tamen non ſemper verum eſt, vt hic. quia cum Chriſtus Deus ſit, & homo, filius Dei, & hominis; Et omnibus notum eſt, Deum eſſe nobiliorem homine; nihilominus hic filius hominis, & non filius Dei nominatur. Cum venerit filius hominis, &c. Not.

Omnis enim regula ſecundum doctrinam ſapien-

tium exceptionem patitur. ita enim fieri oportere niſi aliud obſtet, à me enim nunquam negatum fuit, nec etiam ab aliquo, filium Dei præſtantiorem filio hominis. Sed talis ab Euangeliſta denominatur Chriſtus, & non altero titulo. Quoniam eum iudicabit. In natura humana, & vt homo ab omnibus videbitur, tàm à bonis, quàm à malis. ſed vt Deus tantùm à bonis.

*Not.* Quoniam diuinitas ſine gaudio, & lætitia, qua ipſi ſunt indigni, videri non poteſt. & de hoc Aduentu loquitur Sanctus Athanaſius cum dicit. Inde venturus eſt iudicare viuos, & mortuos.

Cum autem tot Domini Noſtri legantur Aduetus, duo tamen in ſpeciali recitantur, infra annum à Sancta Matre Eccleſia, ſcilicet in carnem, & ad iudicium, vt timore pariter, & amore homines ad Deum reducat. Amor Dei erga nos in primo manifeſtatur aduentu, in quo fuit iudicatus. Timor in ſecundo, in quo non erit iudicandus, ſed iudicaturus. De quo S. Athanaſius. Inde venturus eſt iudicare, &c.

*Not.* Hos etiam duos Aduentus ſæpè ſimul cõiungit infra annum Sancta Mater Eccleſia, vt oſtendat in quolibet diuino opere miſericordiam fore, & iuſtitiam. iuxta illud, Miſericordia, & veritas obuiauerunt ſibi, iuſtitia, & pax oſculatæ ſunt, licèt quandoq; iuſtitia ſit occulta, & miſericordia manifeſta, vt in iuſtificatione impiorum, & in primo Chriſti aduentu, iuxta Dictum Pauli; Secundum ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit.

Ali-

Digitized by Google

Aliquando iuſtitia manifeſta, & miſericordia occulta, vt in punitione paruulorum abſq; Baptiſmo in hac lege decedentium, qui nullam ſenſus pœnam patiuntur, ſed damni; quia Deum non vident, nec ſunt viſuri, cum habeant peccatum originale, & ſint ſine gratia, & Deum maculati minimè videre poſſint.

Aliquando vtraq; occulta ſcilicet miſericordia, & iuſtitia. Vt in tribulationibus iuſtorum, vt patet de Abelle, Iacobo, Moyſe, Petro, Paulo, &c. Aliquandò vtraq; eſt manifeſta, ſcilicet miſericordia, & iuſtitia, vt apparebit in punitione malorum, & præmiatione bonorum in vniuerſali iudicio.

Quando his, qui ad dexteram ſunt, à Iudice dicetur cum maxima ipſorum lætitia. Venite Benedicti Patris mei, percipite Regnum, &c. Illis autem, qui à ſiniſtris ſunt (quod à nobis auertat iudex) Ite maledicti in ignem æternum. Qui paratus eſt Diabolo, & Angelis eius, & de iſto aduentu ad iudicium loquitur Sanctus Athanaſius. Inde Venturus eſt iudicare viuos, & mortuos.

Sed interrogantem audio, cum Reſurrectio generalis omnium, debeat præcedere vniuerſale iudicium, & mors reſurrectionem; Et qui mortui ſunt, non ſunt dicendi viui. Quomodo ergo dicitur iudicaturus viuos, & mortuos? vt patet diligenter intuenti, quæ leguntur in vtroq; Symbolo Apoſtolorum, ſcilicet, Inde venturus eſt iudicare viuos, & mortuos; In Concilio Niceno. Et iterum venturus eſt cum gloria iudica- 1. *Dub.*

re viuos, & mortuos, & idem affirmatur in Symbolo Diui Athanaſij.

*Solut.* Quæ verba, vt omnis tollatur difficultas, ſecũdum Magiſtrum Sententiarum, poſſunt dupliciter exponi, Vel per viuos, intelligere poſſumus bonos, iuſtos, & Deo gratos. Per malos autem iniuſtos, Superbos, Peccatores, obſtinatos, & Dei inimicos; quorum vnusquisq; in illo iudicio à Iudice ſecundum rectum iudicium iudicandus eſt, & ſecundum merita, & demerita remunerandus, vel puniendus; Vel viui dicuntur, qui nouiſſimè morientur, & mortui, qui per multum tempus, ante hunc aduentum defuncti ſunt, & ex hac vita deceſſerunt.

Nullus enim in illa iudicij hora viuus reperiẽdus eſt, Ideſt qui nõ fuerit mortuus, de illa morte loquentes, in qua propria anima ſeparatur à corpore.

2.*Dub.* Additur ab aliquibus, vt ſuperius dictum eſt, cum in illo iudicio tàm boni, quàm mali ſint viſuri humanitatẽ Chriſti an eodem modo, eodem guſtu, & eodem fine?

*Solut.* Dicitur quod non. Quia bonis erit cum delectatione, & malis non: immo ſecundum Franciſcum de Mayoronis erit eis huiuſmodi viſio maioris pœ-

*Not.* næ, quam illa inferni. Ideo dicitur. Dies illæ Magnus, & horribilis. Et dies iræ, & amara valde.

3.*Dub.* Cum autem dicat Diuus Athanaſius Chriſtum iudicaturum in illo iudicio viuos, & mortuos, an ſit iudicaturus Angelos?

Re-

Reſpondetur, iudicium diſcuſſionis non habere locum in Angelis bonis, neq; malis. Quia à principio conuerſionis, vel auerſionis diſcuſſa eſt eorum bonitas, vel malitia, ſed de iudicio retributionis diſtinguendum eſt, cum ſit quædam retributio præmij eſſentialis, & hanc Angeli boni à principio receperunt, quando ſublimati ſunt, & in beatitudine confirmati, & mali ad damnationem, quando in malitia fuerunt confirmati. Et pro ſemper gratia, & gloria, priuati. *Solut.*

Alia eſt præmiatio accidentalis, & hæc fiet in iudicio vniuerſali, quando Angeli boni plus gaudebunt de ſalute eorum, quos ad meritum ſuis inſpirationibus induxerunt, & mali plus torquebuntur multiplicata illorum ruina, quos ad malum incitauerunt. *Nota.*

Num reprobi in hoc iudicio cognoſcent Chriſtum Deum eſſe? 4. *Dub.*

Dicit Sanctus Thomas, impios manifeſte tunc cognituros Chriſtum eſſe Deum, non quod diuinitatem eius (vt iam dictum eſt) ſint viſuri, ſed per manifeſta ſuæ diuinitatis inditia. De quibus ſæpe, dum erant in hac vita, legerunt, vel prædicantes audierunt. Sed quia Sanctus Athanaſius de Chriſto loquens dicit. Inde venturus eſt iudicare viuos, & mortuos. *Solut.*

An ipſe ſolus iudicaturus ſit viuos, & mortuos? vel tota Trinitas? 5. *Dub.*

Re-

Reſpondetur, quod tota Trinitas auctoritatiue iudicabit, ſed ſolus Chriſtus in quantum homo executiuè. Nam Iudex executiuus debet eſſe manifeſtus omnibus iudicandis. Et ideo iudicij executio data eſt Chriſto homini.

**6. Dub.** Nouiſſimè quæri poſſet, ſi examinatio, & ſententię prolatio debeāt fieri mentaliter tantùm, vel vocaliter?

***Solut.*** Cui dubitationi nil aliud reſpondere intendo, niſi quod in hac materia, duę reperiuntur opiniones famoſæ, quarum vna dicit totum, quod ſuperius tactum fuit, tàm de examine, quàm de ſententia, mentaliter facienda eſſe, & diuina virtute ab omnibus cognoſcenda. Aliorum verò ſententia eſt, tàm examen, quàm ſententiam vocaliter facienda eſſe, & in breui tempore; virtute illius, qui omnia poteſt non contradicentia; quæ autem iſtarum opinionum ſit verior, determinarę nequaquam hic intendo. cum prima ſit vnius, quem adoro; ſecunda illius cuius doctrinam profiteor. & ſi parum, vel potius nihil in ea profecerim. Sed reſolutionem in illam horam reſeruo, & in valle Ioſaphat videbimus clarè, quæ iſtarum opinionum fuerit verior, idq; abſq; argumentis, & diſputatione.

**Decum.** Vnuſquiſq; ergo, difficultatibus, & dubitationibus omiſſis, faciat quod in ſe eſt, & quod poteſt, auxiliante diuina gratia, vt ſit ad dexteram, & inter oues, Chriſtum non ſolum in humanitate, ſed diuinitate viſurus. quod bonis operibus vnuſquiſq; eſt facturus, per quę fruitionem Dei, ſiue diues, ſiue pauper, ſiue nobilis,

ſiue

ſiue ignobilis, ſiue Dominus, ſiue ſeruus, & quicunq; alius eſt cõſequuturus, quod nobis concedat, qui tunc eſt iudicaturus. Amen.

## LECTIO TRIGESIMANONA.

*Ad cuius aduentum omnes homines reſurgere habent cum corporibus ſuis, & reddituri de factis, &c.*

CLarum eſt, & nullus fidelis dubitare debet. Immo quemlibet oportet credere, iudicium vniuerſale futurum eſſe, veluti in præterita lectione monſtratum fuit, ad quod iudicium omnes homines venire oportet cum proprijs corporibus, & animabus, vt vnusquiſq; recipiat, prout geſſit, ſiue bonum, ſiue malum. iuxta illud Diui Pauli. Omnes nos manifeſtari oportet, ante Tribunal Chriſti, vt vnusquiſq; recipiat &c. & alibi; Reddet vnicuiq; ſecundum opera ſua.

Quod iudicium, ſeu Aduentus ad ipſum neceſſariò præſupponit generalem reſurrectionem, generaliſq; reſurrectio omnium mortem. quoniam ſecundum aliquos Theologos ipſius diffinitionem aſſignantes, Reſurrectio eſt iterata ſurrectio eius, quod cecidit ſecundum Damaſcenum, & ſecundum Franciſcum de Mayoronis eſt reunitio animæ cum corpore, quæ vltima diffinitio non eſt ſimpliciter intelligenda, niſi errare velimus, ſed de reunione propriæ animæ cum proprio corpore, cuius fuit forma dum eſſet in hac vita, & ipſi verè vnita, & illud viuificans. qua vnione ſuppoſita,

ſuit homo bene, vel male operans, & ſic in iudicio recepturi ſecundum quod omnes benè, vel malè operati ſunt.

Et prima diffinitio debet intelligi de iterata vnione omnium illorum, quæ requiruntur ad perfectum eſſe hominis, vt organizatio corporis, ſed prius collectio puluerum, vel cinerum, poſtea animatio, deinde perfecta hominis conſtitutio, quo ad illa, quæ neceſſariò concurrunt ad ipſius eſſentialem conſtitutionem. De qua generali reſurrectione, hic ſermonem facit Diuus Athanaſius. Ad cuius aduentum Omnes homines reſurgere habent cum corporibus ſuis, & reddituri ſunt de factis proprijs rationem.

Circa quam reſurrectionem multi fuerunt errores, vnus Saduceorum, & Epicureorum dicentium animā intellectiuam ſimul cum corpore mori, contra quos eſt illud Sapientis. Viſi ſunt oculis inſipientium mori, illi autem ſunt in pace. Et Dominus Ieſus Chriſtus, nolite timere eos, qui occidunt corpus. Animam autem non poſſunt occidere. Sed magis eum timete, qui poteſt vtrunq; perdere in Gehenam ignis.

Quos etiam confundit dictum Sancti Athanaſij, quod præ oculis in præſenti declarandum habemus, quod niſi verum eſſet, male diceret, ad cuius aduentum omnes homines reſurgere habent cum corporibus ſuis, & ſic à Spiritu Sancto inſpirati malè locuti fuiſſent, quod a nullo fideli, non ſolùm dicendum eſt, ſed nec cogitandum.

Et ſi quid huic contrarium in Salomone aliquis adinueniret, ſciat illud non eſſe ſecundum ipſius mentem dictum, ſed ſtultorum, & inſipientium, quorum verba tunc ad ipſos confundendos recenſebat. **Not.**

Secundus fuit Platonicorum ponentium animarũ circulationem, & tranſire de vno corpore in aliud corpus: contra quos eſt illud Iob. Rurſum circundabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum Saluatorem meum. Quem viſurus ſum ego ipſe, & non alius. Quæ verba ſunt intelligenda, non quod alii ab eo non ſint reſurrecturi, & Chriſtum viſuri in iudicio: Sed quod vnuſquiſque, pro ſe ipſo, & non vnus pro alio. **Not.**

Tertius fuit aliquando Origenis negantis animam verè cum corpore reuniri, contra quem eſt D. Athanaſius; ad cuius aduentum omnes homines reſurgere habent cum corporibus ſuis, &c.

Quartus fuit aliquorum dicentium Reſurectionem tantum ſpiritualem futuram; contra quos eſt illud. Venit hora, in qua omnes, qui in monumenti ſunt, &c. & Diuus Paulus. Oportet enim corruptibile hoc induere incoruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem. Et Diuus Athanaſius in præſenti verſiculo. Omnes homines reſurgere habent cum corporibus ſuis.

Nec illud Apoſtoli aduerſatur, Caro, & Sanguis Regnum Dei non poſſidebunt. Nam ſecundum do- **Not.**

doctrinam Seraphici Doctoris id non venit intelligendum de ſubſtantia ipſorum, ſed de eorum vitijs, & corruptelis. Si enim hoc verum eſſet, nec Chriſtus cum corpore in Cœlis eſſet. Quod impium eſt, & hæreticum dicere; ob multa inconuenientia, quæ inde ſequerentur. Nec etiam, quod B. Virgo iam cum corpore in Cœlis aſſumpta eſſet, quod multi ex deuotione, & pietate, deuote credunt. Cum quibus & ego licet omnium minimus, & indeuotus.

Idq; vt de multis alijs gratijs, tibi ſpecialiter à Deo conceſſis, intelligendum eſt.

Quintus fuit negantium generalem reſurectionem, contra quos in veteri lege leguntur verba iſta. Viuent mortui, & interfecti veſtri reſurgent. & Iob. de terra ſurrecturus ſum. & alibi ab alijs dicitur, expecta me in die reſurectionis meæ, & Diuus Paulus: Omnes quidem reſurgemus; Et D. Matthæus: Congregabuntur ante eum omnes gentes. & Sanctus Athanaſius: Omnes homines reſurgere habent cum corporibus ſuis. & ad illud Pſalmi, non reſurgent impij in iudicio. Quoniam ſecundum Doctores verba illa ſunt intelligenda quò ad vitam æternam poſſidendam. Ideo ſequitur dicens, vt oſtendat hanc germanam eſſe interpretationem, neq; peccatores in conſilio iuſtorum.

Not.

Firmiter ergo, & fideliter credamus generalem omnium hominum reſurrectionem in fine huius mundi eſſe futuram. In qua vnusquisque debet venire cum

Digitized by Google

cum ſuo proprio corpore, non Aëreo, neq; Chimerico, ſed vero, & reali, cum quo dum in hac vita fuit, benè, vel malè ſe geſſit, vt recipiat præmium, & mercedem, ſiue pœnam, & punitionem, vt verè Deum iuſtum confiteamur, quæ quidem reſurectio quando futura ſit, ille diſtinctè, & determinatè nouit, qui cognoſcit abſcondita cordium, & omnia antequam ſint. Ideo Sanctus Athanaſius omnes veritatem docens clamat: Ad cuius aduentum omnes homines reſurgere habent cum corporibus ſuis, & reddituri ſunt de factis proprijs rationem.

Sed iſta Reſurectio cum ſit futura, ſuppoſito ſecundum fidem futuram eſſe, erit ne in tempore, vel in inſtanti? **1. Dub.**

Reſpondet Doctor Subtilis, quod de iſta reſurectione poſſumus reſpectu diuerſorum loqui, & eam conſiderare: vel quantum ad collectionem puluerum, ſeu cinerum, quæ cauſæ ſunt materiales reſurectionis, & ſic erit in tempore. Quoniam miniſterio fiet Angelorum virtutem finitam habentium, quæ in tempore communiter operatur, ſed quantum ad corporum formationem, ipſorumq; organizationem, quæ multa requirit membra, diuerſimodè diſpoſita, vt patet diſcurrenti, & animæ reunionem cum corpore poſt dictam, & factam organizationem, quam neceſſario præſupponit animæ informatio, vt clarè patet vnicuiq; rectè cõſideranti ipſius diffinitionem, ab Ariſtotele datam in ſecundo de Anima, in qua tanquam aliquod de ipſius eſ- **Solut.**

ſentia, vt informet, ponitur corporis organici; Quæ ambo, quoniam ſunt diuina virtute facienda, in inſtanti fient, iuxta illud. In momento, & in ictu oculi, &c.

2. Dub. In qua ætate homines ſint reſurgendi? quæſitanti

Solut. dico, quod in menſuram plenitudinis ætatis Chriſti ſecundum illud Apoſtoli; Donec occuramus ei in virum perfectum, ſecundum plenitudinem ætatis Chriſti.

3. Dub. Quæ auctoritas alterius difficultatis quærit reſolutionem. Si omnes homines reſurrecturi ſint in ſtatura æquales, ideſt in magnitudine, vel paruitate pares.

Solut. Reſpondetur à Theologis omnes reſurecturos eſſe in illa ſtatura, in qua fuerunt, vel fuiſſent in tali ætate, in qua fuiſſent ſi ad ætatem Chriſti perueniſſent. Quod autem dicũt aliqui, omnes reſurecturos in ſtatura Chriſti hoc communiter non tenetur, quoniam aliquibus neceſſariũ eſſet multum addere, & ab alijs diminuere. Nec verba ſuperius Diui Pauli adducta ad hoc cogunt. quoniam de ætate Chriſti, & non de ſtatura perſonæ concludunt, quæ iterum replico, vt ab omnibus cognoſcatur illum eſſe germanum ſenſum, donec occurramus ei in virum perfectum ſecundum menſuram plenitudinis ætatis Chriſti, audiſtis, recte intelligite, & applicate.

4. Dub. An autem generalis reſurectio facienda ſit de mane, vel de ſero, media nocte, vel alia hora diuerſi diuerſimode ſunt locuti.

Solutio. Aliquibus dicentibus futuram eſſe in eadem hora qua Chriſtus reſurrexit, vt in hac parte conformitas ap-

 pareat

pareat inter reſurectionem ſuam, & noſtram: ab alijs dicitur, quod in illa hora, in qua Chriſtus fuit à Pilato iniuſtè condemnatus, vt qui iniuſtè condemnatus fuit, & iudicatus, iuſtè iudicet, & condemnet. ab alijs quod in illa hora, in qua Chriſtus fuit mortuus. Ego autem quod ſentio ponens, dico media nocte faciendum eſſe iuxta illud. Media nocte clamor factus eſt, &c. Quamuis iſta verba ſecundum aliquos non ſint interpretanda, de media nocte realiter, ſed propter incertitudinem, vel ſecundum alios dicendum eſt, quod erit in hora matutina iuxta illud Pſalmi. In matutinis interficiebam omnes peccatores terræ: & figura habetur in libris Regum, quia pugnaturus Saul cum Amon hora matutina diuiſit Exercitum ſuum in duas partes, quarum vna erat à dextris, & alia à ſiniſtris; & ipſe in medio pugnare cœpit: ſic Chriſtus ſecundum iſtos iudicaturus eſt hora matutina, aliquos ponens à dextris ſ. bonos, alios verò à ſiniſtris ſ. malos; primis dicturus. Venite Benedicti, &c. Secundis verò ite maledicti, &c.

Sed cum omnes integri ſint reſurecturi. Quid dicendum de illis, qui fuerunt de humanis carnibus nutriti? Non enim poteſt fieri quin modica, vel parua carnis quantitas, non ſit in vtroq; de veritate naturæ. *5. Dub.*

Dicunt Subtiles, quod in illo reſurget, in quo magis fuit de veritate naturę. Et data ęqualitate? *Solut.*

Dicitur quod in eo in quo fuit prius, & in ſecundo

ſup-

ſupplebit Deus.

*6. Dub.* Et vlterius, quid de Coſta Adami de qua Eua fuit formata? vel Eua non reſurget, vel Adamus ſine illa, & ſic duo ſequerentur inconuenientia, vel quod non omnes reſurgemus, vel quod non integri.

*Solut.* Dicit Doctor Subtilis, vel quod illa non fuit in Adamo neceſſaria ad ſuam perfectionem, quia vltra illam omnes habebat; licet ſecundum intentionem naturæ aliter dicere oporteat, vel dato quod inſtetur neceſſariam fuiſſe cum verbis textus difficultatem diſſoluo. Repleuit carnem pro ea, ideſt aliam Coſtam Deus fecit, ſed prima reſponſio verior reputatur à Scoto.

*7. Dub.* Quæ reſurectio quantum ad collectionem pulnerū, *Solut.* erit naturalis, quantum verò ad corporis formationē, & animæ cum ipſo reunionem, ſupernaturalis erit, cauſam quare ſuperius in alia materia quære.

*Docum.* Iſto interim quæramus nos bene reſurgere, & peccata deponere, veterem hominem exuere, & nouum induere, qui ſecundum iuſtitiam factus eſt, & ſingulos eſt iudicaturus, ite in pace. Amen.

## LECTIO QVADRAGESIMA.

***Et qui bona egerunt ibunt in vitam æternam.***

QVamuis Deus Optimus Maximus contra doctrinam Philoſophorum, & naturalium dicentium, & impiorum Schola docentium, ex nihilo nihil fieri, cuncta, quando ſibi placuit de nihilo creauerit,

rit, ſicuti pleriq; locorum in Sacris litteris legitur, & præcipuè in articulis fidei à Sancto Petro, & inter alias creaturas hominem, quem ad ſui imaginem, & ſimilitudinem creauit; Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram, & tanquam præſtantiſſimã creaturam ad finem omnium aliorum Excellentiſſimũ ordinauerit, qui eſt videre Deum, & frui eo; teſte Diuo Auguſtino, fecit Deus rationalem creaturam, vt Deum intelligeret, intelligendo amaret, amando poſſideret, ac poſſidendo frueretur. Quæ omnia creaturis rationalibus conueniunt, non enim intelligere poſſunt, quæ ſine intellectu exiſtunt, nec amare, quæ ſine voluntate, nec poſſidere, quæ non intelligunt, & amant, nec frui, quæ ſine dictis exiſtunt. Teſte enim Sententiarum Magiſtro; frui, eſt amore inhærere alicui propter ſe, & ſic concludendum eſt, & ab omnibus affirmandum tantum Deo fruendum eſſe; Quapropter ſummoperè errarunt, beatitudinem dicentes in diuitijs conſiſtere, ſcriptum eſt enim; dormierunt diuites ſomnum ſuum, & nihil diuitiarum inuenerunt in manibus ſuis. In ſapientia, dicente Apoſtolo; Sapientia huius mundi ſtultitia eſt apud Deum; & iterum; Non ne ſtultam fecit Deus ſapientiam huius mundi? Quod non ſolum verbis, ſed & factis comprobatum fuit, cum homines, & mulieres, qui nunquam litteris operam nauarunt, Synagogas, & Principes huius ſæculi ſuperarint, confuderintq; Non in fauoribus, iuxta illud; Maledictus homo, qui ponit

car-

carnem brachium ſuum. Non in ſimulationibus quoniam ſcriptum eſt. Vhè vobis, qui comeditis domos viduarum longas orationes orantes. Non in voluptatibus huius ſæculi, (dicente Apoſtolo) Caro, & Sanguis Regnum Dei non poſſidebunt; caro enim concupiſcet aduerſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſus carnem, & de hoc tantum lamentabatur. Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis mæ, infœlix homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? eſt ne res deſperata? Nequaquam.

Ideo in ſequentibus immediatè ſubdidit dicens. gratia Dei per Ieſum Chriſtum, & confortatus conualeſcebat, & confundebat Iudæos aperta voce dicens. Omnia poſſum in eo, qui me confortat. ſibi enim fuit dictum à Domino Deo, cum Rogaret, vt auferetur ab eo ſtimulus ille, fuit reſponſum, ſufficit, tibi ò Paule gratia mea. Virtus enim in infirmitate perficitur.

Propter quod hylari fronte canebat. Libenter gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Chriſti. Hic ergo vre domine, afflige, & ſeca, vt in æternum parcas: & ad principalem concluſionem redeuntes non in hoc mundo, nec in rebus huius mundi conſiſtit beatitudo vera, realis, perfecta, & ſupernaturalis, ſed in Deo trino, & vno, ad quam à principio nos (vt iam audiſtis) ordinauit.

Obmuteſcant igitur Diuites, Sapientes, Nobiles, Comites, Marchiones, Principes, Duces, & Reges huius ſæculi, qui tanquam alter Nabucdonoſor, in ſe ipſis,

ſis, & rebus ſuis confidunt, & ſperant. Non recogitantes, quæ prædicat Hieremias. Non glorietur Diues in diuitijs ſuis. Nec fortis in fortitudine ſua. Nec ſapiẽs in ſapientia ſua, ſed in hoc glorietur, qui gloriatur ſe noſſe nomen Dei viuentis. Ad quam nos perducat ille, qui eſt Benedictus in ſæculorum ſæcula.

Et ſciant omnes, quod & ſi Deus ſua clementia, & pietate ad talem, ac tantum finem nos ordinauerit nihilominus cum agens ſit regulatum, & ordinatum, à quo omnia alia agentia quæcunq; ſint illa, ordinātur, & regulantur, quæ in tantum dicuntur regulata, & ordinata, ac bene facere, & regulate operari in quantum cum ipſo, ſuis regulis, & ſua voluntate perſeueranter conformantur. Non ſolum propter dictam rationem finem aſſignauit, ſed media, per quæ neceſſa eſt quẽlibet ambulare illum conſequi volentem.

Et hoc credo multis diſplicere, & præcipuè in fidelibus, Iudæis, Deſperatis, Odioſis, Superbis, Iracundis, Auaris, Guloſis, Carnalibus, Impatientibus, Scãdaloſis, & malè viuentibus. Quoniam non ſecundũ legem, ſed carnalem libertatem viuere vellent.

Et ideo cum prædicari audiunt fidem, Baptiſmum, Spem, Charitatem, Humilitatem, Manſuetudinem, Continentiam, Abſtinentiam, Patientiam, Iniuriarũ remiſſionem &c. alia ad vitam æternam conſequendam neceſſaria, ſuſſurrant, murmurant, dolent, conqueruntur, maledicunt, & blaſphemant.

Et ideo quamuis Deus ſua benignitate ad tantum,



Digitized by Google

& talem finem ipſos ordinauerit in nihilo, ſibi gratias agunt, vel reddunt, nec referunt. De neceſſitate dictorum, quæſo attendite, & non nulla audite, vt calefacti, & reſtaurati nouam inchoetis vitam.

*De Baptiſmo.*

**Not.** Niſi quis renatus fuerit Denuo ex aqua, & Spiritu Sancto, &c.

De Circunciſione: Si circuncidamini, Chriſtus nihil vobis prodeſt.

De Fide: Sine fide impoſſibile eſt placere Deo.

De Spe: Spe ſalui facti eſtis, & Chriſtus.

Qui crediderit, & baptizatus fuerit, &c.

De Charitate: Charitas Patiens eſt, benigna eſt, non inflatur, non irritatur, &c.

De Perſeuerantia: Non qui inceperit, ſed qui perſeuerauerit vſq; in finem, &c.

De Humilitate: Humiliamini ſub potenti manu Dei, vt vos exaltet in tempore, &c.

De Pace: Pacem meam do vobis. Pacem meam relinquo vobis, &c.

De bono opere: Dum tempus habemus, operemur bonum, quo ad omnes, & maxime, &c.

De Ieiunio: Cum ieiunatis, Nolite fieri ſicut Hypocrite triſtes, &c.

De obedientia: Qui vos audit, me audit, Qui vos ſpernit, me ſpernit, ſed quid plura recenſeo?

Media eundi in Paradiſum; attẽdite quæſo, & auribus

cor-

Digitized by Google

cordis percipite. Sunt Baptiſmus. Non Circunciſio

| | |
|---|---|
| Fides, | Non infidelitas. |
| Spes, | Non deſperatio |
| Charitas, | Non odium. |
| Humilitas, | Non ſuperbia. |
| Pax | Non ira. |
| Abſtinentia, | Non Gula. |
| Perſeuerantia, | Non inchoatio. |
| Obedientia, | Non inobedientia. |
| Continentia, | Non luxuria. |
| Bona opera, | Non mala. |

Et hæc via eſt, ſeu ſemitæ ſunt, per quam, ſeu per quas à fidelibus peruenitur in Cœlum.

Sed ſi quis intuitu, æternæ mercedis benè operatur Credendo, ſperando, amando, operando, peccet? *1. Dub.*

Huius reſponſionem habemus ex Synodo Tridentina ſeſſione ſexta Canone trigeſimoprimo. Quod ſi quis dixerit iuſtificatum peccare dum intuitu æternæ mercedis benè operatur anathema ſit. *Solut.*

Ideo Pſalmus: Inclinaui cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas in æternum, propter retributionem. Et Chriſtus; Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam; quoniam ipſorum eſt Regnum Cœlorum. Et iterum: omnis, qui reliquerit Patrem, aut Matrem, &c. propter filium hominis centuplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit.

Vt autem vnusquisq; ſciat per quæ bona opera homo mereatur vitam æternam, & in eam iturus ſit:



Digitized by Google

*Not.* Notandum eſt ſecundum Theologos triplicem aſſignari bonitatē, vnam ex genere vocatam, & eſt quando actus cadit ſuper materiam debitam; ſicut eſt dare Eleemoſynam pauperi; dare eſt actus, pauper verò cōueniens materia eleemoſynæ. Alia eſt bonitas, moralis vocata, ſeu ex circunſtantijs. Et eſt quando dat Eleemoſynam Pauperi cum omnibus circunſtantijs ad hanc bonitatem requiſitis. tertia eſt meritoria, quæ vltra dictas bonitates requirit gratiam gratum faciētem, & charitatem, ſine quibus opera noſtra non ſunt æternæ vitæ meritoria, & de iſta bonitate, ſeu de iſtis vltimis operibus bonis loquitur Sanctus Athanaſius, cum dicit: Et qui bona egerunt, ibunt in vitam æternam; Qui verò mala egerunt, ibunt in ignem æternum.

Verum hic examinandum exiſtimo quod ſæpè inter peritos diſputari ſolet.

*2. Dub.* Si homo ſuis operibus de condigno poſſit mereri vitam æternam.

*Solut.* Reſpōdet Seraphicus Doctor, meritum eſſe duplex ſcilicet de congruo, vel de condigno, ſiue congrui, vel condigni. Primum eſt quando non eſt ęqualitas inter opus, & mercedem, vt cum redditur merces, quæ nō debetur operi ex ſua natura, ſed ex donantis liberalitate, vt cum quis, ex opere, & labore meretur decem, & dominus donat viginti. Aliquid enim conuenit liberalitati donantis, & magnificum donatorem dare quod operarius ratione operis de condigno non meretur. Exemplum de illis, qui venerunt in Vineā circa

horam

horam vndecimam, & receperunt æqualem mercedem cum illis, qui portauerunt pondus diei, & æſtus. Et ideo ſecundi murmurantes dicebant vt ſupra; hi vnam horam fecerunt, & pares illos nobis feciſti.

Secundo de condigno, & eſt quando inter meritũ, & mercedem eſt æqualitas, quod regulatur, æqualitate iuſtitiæ, & tale eſt meritum mercenarij, & denarij diurni, de quo ibi. Tolle quod tuum eſt, & vade.

Quibus ſtantibus non nullis concluſionibus Seraphicus Doctor declarat. quomodo opera noſtra mereantur de congruo, vel de condigno vitam æternam, aliquas concluſiones ponendo. quarũ prima eſt, quod opera noſtra poſſunt conſiderari quãtum ad principiũ, & ſic eſt vna, quod merentur vitam æternam de congruo. prout exeunt à voluntate creata. Secũda merentur de condiguo, prout exeunt à diuina gratia. Tertia, vel quantum ad liberalitatem diſpenſantis, & ſic merentur de congruo. Quarta, quantum ad veritatem pollicentis, & ſic merito condigni, quia ſic nobis Deus promiſit. Omnis qui reliquerit Patrem, & Matrem, &c. vitam æternã poſſidebit. Quinta, vel quantum ad ſtatum, in quo fiunt, ſcilicet ad opportunitatẽ temporis, & ſic merentur merito congrui. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis. Sexta, vel quantum ad difficultatem operis, quia homo tunc eleuatur ſupra ſe. & ſic merentur merito condigni, qua diſtinctione conciliari poſſunt omnes cõtradictiones, & ſingulæ ſolui rationes. *Not.*

Quod

*Not.* Quod autem tuta conſcientia, & ſine peccato poſſimus per bona opera in charitate facta, vitam ſperare æternam, manifeſte docet Synodus Tridentina ſeſſione ſexta, Canone vigeſimoſexto contra modernos Hęreticos.

Si quis dixerit iuſtos non debere pro bonis operibus quæ in Deo fuerint facta expectare, & ſperare æternã retributionem à Deo per eius miſericordiam, & Chriſti Ieſu meritum; ſi bene agendo, & diuina mandata vſq; in finem cuſtodiẽdo perſeuerauerit anathema ſit.

*Docum.* Vnuſquiſq; ergo eorumq; dicta ſunt recordetur, & quæ ſequuntur diligenter conſideret. Qui bona egerunt ibunt in vitam æternam; Qui verò mala in ignem æternum. Quorum ſecundum, auertat Deus ſua clementia, ne nobis eueniat. Primum autem omnibus fidelibus ſua miſericordia concedat. Amen.

LAVS DEO,

FINIS.

# ERRATA SIC CORRIGENDA.

| | | | |
|---|---|---|---|
| fuerit | fuit | pag 3. | lin. 5 |
| breuitatis | breuitate | p. 4. | l. 17 |
| talia | alia | p. 5. | l 22 |
| certe | dicente | p. 9. | l 5 |
| Concillum | Conciliū | p 9. | l 19. |
| ereditur | creditur | p. 10. | l. 17 |
| neceſſariâ | neceſſariū | p. 10. | l. 18 |
| Chriſti | Chriſtum | p. 12. | l. 20 |
| fidé ipſe | fidé vt ipſe | 12. | 21 |
| turbatur | turbetur | 12. | 24 |
| debitis | debetis | 12. | 25 |
| opere ad Deum inceſſabili, | opere inceſſabili | 13 | 4 |
| Pauulus | Paulus | 13. | 18 |
| moderatur | moderātur | 14. | 1 |
| collocati | collocuti | 14. | 24 |
| teneri | tenere | 17. | 12 |
| | vt illi Sancti Thomæ | 19. | 8 |
| ipſarum | ipſorum | 28. | 3 |
| dat | dant | 28. | 23 |
| manifeſtāt | manifeſtatur | 41. | 9 |
| illuminant | illuminat | 41. | 14 |
| Tronum | Tronorū | 42. | 27 |
| adorandum | adorandā | 54. | 9 |
| etiam | eſſet | 59. | 7 |
| nomen | numen | 59. | 8 |
| etiam | eſſet | 59. | 18 |
| aſcendamur | aſcendāt | 61. | 22 |
| loquimini | loquamini | 64. | 9 |
| Prophiriana | Porphiriana | 67. | 17 |
| formæ | forma | 68. | 2 |
| ſorſum | ſurſum | 76. | 14 |
| ſignificatione | ſignificationem | pag. 78. | lin. 9 |
| deſtructionū | deſtructionē | 78. | 1 |
| vountatis | voluntatis | 78. | 25 |
| tū errore | tū ſine errore | 79. | 16 |
| ruuit | ruit | 79. | 22 |
| volutionis | volitionis | 90. | 8 |
| eſt imutabilem | eſſe imutabilem | 96. | 7 |
| codem | eodem | 93. | 12 |
| accidétihus | accidétibus | 98. | 13 |
| ipſum | ipſam | 115. | 19 |
| quicunq; | quinque | 131. | 23 |
| quā veritaté | quę veritas | 133. | 16 |
| eiecet | eiecit | 134. | 28 |
| Paralēſis | Paralyſis | 139. | 18 |
| à quo | à qua | 139. | 25 |
| puſalinimitas, | puſilanimitas | 140. | 1 |
| Theologus | Theologos | 144 | 25 |
| Domini | Demonia | 145. | 28 |
| vt ex meridie, | & ex meridie | 148. | 3 |
| corpuſq; animæ intellectiuæ, | quæ corpori, animæq; intellectiuæ | 153. | 1 |
| communi | cōmunius | 189. | 15 |
| fueit | fuit | 233. | 16 |
| inferri | inferni | 235. | 24 |
| nullus | nullum | 249. | 28 |
| at coram | & coram | 250. | 17 |
| Chriſtus | Chriſtum | 259. | 18 |
| iudicatuus | iudicaturus | 267. | 24 |
| concupiſcet | concupiſcit | 280. | 6 |

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

7-1-1

ogle